



LAMBERTI BOS.
L. Gr. Professoris Ordin.

ANIMADVERSIONES
AD
Scriptores quosdam Græcos.

ACCEDIT
SPECIMEN
ANIMADVERSIONUM
Latinarum.






FRANEKERÆ,
Excudit FRANCISCUS HALMA, F. F. Illustr.
Frisiæ Ordd. atque eorund. Acad. Typograph. Ord.
MDCCXV.

PERILLUSTRI

ATQUE

NOBILISSIMO

VIRO,

PHILIPPO FREDERICO

VEGILIN DE CLAERBERGEN,

HASKERLANDIÆ PRÆTORI,

NUPER ALIQUOTIES

AD EXERCITUS

CUM AUCTORITATE DELEGATO;

HOC TEMPORE

PERILLUSTRIUM AC POTENTIUM

FRISIÆ ORDINUM

DEPUTATO NOVEMVIRO,

ETC. ETC.

S. P. D.

LAMBERTUS BOS.

DEDICATIO.



Uibus cordi ſunt Muſæ, & in deliciis ea quæ ab humanitate nuncupantur ſtudia, iis haud ingratum accidere poteſt, ſi non deſint homines, qui otium ſuum collocant tum in abſtergendo ſqualore ac maculis, quas temporum injuria & hominum adſperſit Scriptoribus Græcis atque Romanis, ut ita priſtina illis integritas & nitor reſtituatur: tum in hoc agendo, ne


verus

verus nitor nativæ faciei ac pulcritudinis in illis, detergendo & defricando, ubi nec opus eſt, neque fieri debet, corrumpatur. Hæc ſunt, Vir Perilluſtris, quæ me quoque oblectant ſtudia, quorum ſpecimen cum maxime Tibi conſecrandum duxi, non tantum ſummæ dignitatis, quam in Republica noſtra tenes, ſed etiam noſtrarum Literarum, & meo nomine. In præſenti enim adſcriptus es Patribus qui in pup-

pi ſedent, & eadem vigilantia ac prudentia, quam in providendo; ſollertia, quam in agendo & expediendo ea quæ impedita erant, nuper probaſti foris, quum ad Exercitus cum auctoritate eras delegatus, nunc domi Rempublicam curas, ne quid detrimenti ea capiat. Interim tamen Muſas, veteres Tuas delicias foves, & nulli rei prius ac potius, quam optimarum artium ſtudiis & monumentis veterum non ſolum Romano-

manorum, ſed & Græcorum perluſtrandis horas vacivas dare ſoles. Inſuper omni benevolentiæ genere me proſequutus es inde ab eo tempore, quo Te optimo ſuo cive gaudebat Academia noſtra, & etiam nunc proſequeris. Quam Tuam in me benevolentiam & prolixam voluntatem niſi teſtatam publice facerem, ingratiſſimus merito haberi poſſem. Sit itaque hoc nunc meæ in Te obſervantiæ, qua

Te suspicio, pignus. Deus Te diu incolumem servet, Teque omnium bonorum affluentia cumulet, faciatque, ut in Rep. multa præstes è Rep. Scripsi Franequeræ, Idib. Maj. Anno CIƆ IƆCCXIV.



Lectori Salutem.



Gregium sane & apprime utile studium est Critices, in quo non sine laude versati sunt complures eruditione præstantes & præclari viri: absque quo res literaria ad illud fastigium, in quo hodie conspicitur, nequaquam pervenisset. Quam multa enim loca tam in Græcis quam in Latinis Scriptoribus fuere obscura, intricata & desperata, quæ ope Critices in luce sunt posita, extricata, & integritati sanitatique suæ restituta? Quot menda olim vel ex pronunciandi vitio, vel ex literarum affinitate, vel ex dictantium aut scribarum incuria, vel ex scribendi compendio, aliove modo nata, quæ commodum sustulerunt eruditi ingeniosique Critici, feliciterque emacularunt? Non tamen omnibus qui rem tentarunt, semper æque prospere ea cessit: nonnulli enim in hac arte aliquid præstare posse sibi visi, temeritate usi sunt nimia, nimiumque suo tribuerunt ingenio, adeo ut sæpe more imperitorum medicorum male sanaverint ulcera, sæpe etiam medicinam adhibuerint ibi, ubi sanitas erat, & loca, in quibus nulla erat corruptio, suis emendationibus corruperint & depravaverint. Videmus enim ali-

aliquando emendationes institutas minus necessarias, tantum ex aliorum scriptorum similitudine, & phrasi illis usitata; quod tamen non semper procedit; fieri enim potest, ut quis inter veteres gaudeat aliqua phrasi, quæ rarior est & non familiaris omnibus, quamque vix reperias apud alios: ea vero non illico exsibilanda est, & ad loquendi genus, quod apud alios crebro obtinet, exigenda & conformanda. Aliquando Interpretes genium & proprietatem Linguæ minus perspicientes, Græcam aut Latinam dictionem, quæ sibi obscura videbatur, ad eam quam vernaculam habebant, componere voluerunt: Nonnunquam rebus haud ritè perpensis & examinatis, verborumque structura minus percepta, secundum suum quem animo conceperant ordinem, loqui fecere veteres: Est etiam ubi prava distinctione decepti, verba alia substituere, alia litura sanare non veriti fuerint, & quæ id genus alia sunt: cujusmodi exempla, Benevole Lector, aliquando invenias in hisce meis Animadversionibus, in quibus veterum quorundam Græcorum, ut Aristophanis, Menandri, Philostrati, Luciani, Jamblichi, Josephi aliorumque loca obscuriora illustrare, versionumque vitia ostendere, ut & corrupta emendare, suspecta aliis & vitiosa habita vindicare ac tueri conatus sum. Ad Lexicographos quoque Græcos, Hesychium & Suidam quædam adnotavi. In posterioris editio-

ne

ne Cantabrigiensi innumera loca fœde corrupta, & ab Æmilio Porto parum intellecta ac falso explicata, egregie restituit vel ex MStis, vel ex ingenio & conjectura, atque insigniter illustravit Vir Cl. Ludolphus Kusterus. Hanc ego editionem per otium aliquando hic illic evolvens, vel quibusdam in locis cum aliis conferens editionibus, observavi nonnulla, quæ heic addere volui. Græcis subtexui paucas Animadversiunculas Latinas ad Titum Livium, Julium Cæsarem, & præcipue Horatium Flaccum. Vir Celeberrimus Richardus Bentlejus, qui Lyricum illum nuper edidit eleganter admodum cum Notis suis doctissimis & Emendationibus ingeniosissimis, inter alios Codices Horatii manuscriptos recenset etiam in Præfatione Franekeranum nostrum, ex quo varias Lectiones exscriptas ab aliquo habuit, sed pauculas tantum, &, ut ipse ait, leviore cura. Eundem codicem ego animi gratia hisce diebus conferre cum editis cœpi, et deprehendi non eum esse πονηροῦ κομματίου, *sed* βελτίστου: *præfert enim ut plurimum lectiones eas, quas Lambinus, Cruquius, Torrentius & Bentlejus in antiquissimis, optimis & fidelissimis MStis reperiri testantur. Est in membrana scriptus, antiquus, ut ex charactere & colore apparet: in margine est vetus commentarius, cujus pleraque cum editis Acronis conspirant. Præterea inter versus singulos est vocum interpretatio.*

 Quo-

Quoniam itaque hunc codicem excussi diligentius, visum fuit Lectiones præcipuas in locis, de quibus est controversia, heic exhibere, quarum testimonio comprobari queant vel doctissimorum Interpretum conjecturæ, vel aliorum meliorum Codicum lectiones confirmari. In calce opusculi vocum quarundam Latinarum Origines speciminis loco posui. Quoniam autem hæc scripsi solo promovendi bonas literas studio, non moleste laturos spero viros doctos, si in quibusdam sive Græcis sive Latinis modeste ab iis dissentiam, aut a conjecturis eorum & emendationibus discedam. Vale Benevole Lector, & hoc nostro labore, si videbitur, fruere. Scripsi Franekeræ Idibus Maj. CIƆ IƆCCXIV.

LAM-

LAMBERTI BOS

ANIMADVERSIONES

AD

Loca quædam Scriptorum Græcorum.

CAP. I.

Ex Aristophanis Pluto loca nonnulla aliis de vitio suspecta vindicantur. Παραφρονεῖν *recte à Scholiasta exponitur* παρὰ τὸ εἰκὸς φρονεῖν. *Quid Grammaticis sit* ἡ ἔξω σχέσις. Ἐκτοξέυεσθαι *eleganter & metaphorice dicitur* βίος. Πρότερον *pro* potius, *ut Lat.* prius. *Non tantum dicitur* Gr. Εἰσελθεῖν εἴς τινος, *sed etiam* Εἰσελθεῖν εἴς τινα. Παρόντα ἀμύνειν *est* præsentem adesse. *Aristophanes emendatur.* Βλέμμα τινὸς ἐπιδηλοῖ τι: *facies alicujus quid arguit.*

IN *Pluto* Aristophanis legitur pag. 1. Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου. Ad vocem παραφρονοῦντος Vet. Schol. ἤγουν μαινομένου, οὐκ εἰδότος τί δεῖ ποιεῖν, ἤτοι ἀνοηταίνοντος καὶ μωροῦ, παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦντος· ἡ γὰρ παρὰ ἐνταῦθα τὴν ἔξω σχέσιν δηλοῖ. In Notis suis Cl. Kusterus hæc Scholiastæ verba examinans duplex in iis statuit vitium. verba ejus hæc sunt: „Legendum „potius (sc. pro παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦντος) καὶ „εἰκῆ φρονοῦντος. nam τὸ εἰκὸς hic locum habe„re nequit. Deinde quod sequitur, τὴν ἔξω

„σχέσιν, semper suspectum habui. Sed quid „ejus loco reponendum sit, nunc non succur- „rit. quare cogitet acutus Lector. Equidem, fateor, nullum in his verbis video vitium. nam primum παρὰ τὸ εἰκὸς φρονοῦντος recte se habet, & παρὰ τὸ εἰκὸς mutare in καὶ εἰκῆ, durius est: recte etiam exponitur τὸ παραφρονεῖν per παρὰ τὸ εἰκὸς φρονεῖν, h. e. *sapere præter*, vel *aliter quam decet*, *male sapere*, *desipere*. Deinde non est quod suspectum habeat vir Eruditus illud τὴν ἔξω σχέσιν. nam sic loquuntur Grammatici, quando significare volunt, voculam aliquam in compositis verbis contrariam vel privativam habere significationem, sive vitiare, ut loquuntur Grammatici Latini. Sic Phavorinus in hac voce: Παρὰ πρόθεσις σημαίνει τὴν ἐκτὸς σχέσιν. & addit, παράνομος. ἄνομος. Confer verba Phavorini cum verbis Scholiastæ nostri, & videbis satis sana esse, nec opus ut de emendandis illis cogitet Lector acutus.

In eadem Fab. pag. 5.

Τὸν ἐμὸν μὲν αὐτοῦ τοῦ ταλαιπώρου σχεδὸν
Ἤδη νομίζων ἐκπετοξεῦσθαι βίον.
Meam quidem ærumnosi vitam
Jam fere ejaculatam existimans.

Hic pravam metaphoram adhibere Comicum judicat Celeb. Bentlejus, quærens, quomodo *vita* possit dici ἐκπετοξεῦσθαι, cum *sagitta* tantum ἐκπετοξεῦσθαι dicatur. Quare invitis Scholiasta & Suida scripsisse Aristophanem putat:

Ἤδη νομίζων ἐκτετολυπεῦσθαι βίον.

metaphora a *lana* quæ ἐκτετολύπευται paulatim & longa mora. Ingeniosa quidem est hæc crisis, sed tamen citra omnem necessitatem adhibita, cum omnes Codd. Scholia antiqua, & Suidas agnoscant vocem ἐκτετοξεῦσθαι. Et scire omnino desiderarem, cur prava hæc sit metaphora. annon æque commoda est & elegans similitudo a *sagittis*, ac à *lana?* Pravam ergo metaphoram etiam adhibuit Euripides, ubi dixit in *Andromache* vers. 365.

Καὶ σοῦ τὸ σῶφρον ἐξετόξευσε φρενός.

ubi τὸ σῶφρον cum *sagitta* comparavit Tragicus, ut hic τὸν βίον Comicus: qui eleganter vitam viresque senis pene amissas confert sagittis pene emissis. Estque hæc metaphora etiam in aliis linguis usitata.

Pag. 7. Ἄγε δή, σὺ πρότερον σαυτὸν ὅστις εἶ
φράσον.
Ἢ ταπὶ τούτοις δρῶ.

vertitur: *Age tu, dic hoc primum mihi,*
quinam vir sies:
Aut post minas sic faciam.

Hic Cl. Bentlejus pro πρότερον legit πότερον, & pro φράσον, φράσεις, idque interrogandi modo:

Ἄγε δὴ σὺ πότερον σαυτὸν, ὅστις εἶ, φράσεις;
Ἢ ταπὶ τούτοις δρῶ;

vertens: *Age, utrumne dices quinam sis? an*
colaphos tibi infringam?

 Sed

Sed mihi etiam in his verbis nihil mutandum videtur. nequaquam ineptum & otiosum est illud πρότερον, ut putat V. Cl. sed necessarium prorsus, & significat hic *potius*, quemadmodum Latinis *prius* etiam sæpe sumitur: exempla rei notæ adducere opus non est. Præterea vocula ἢ hic non *interrogandi* vim habet, uti existimat Bentlejus, neque *disjungendi*, ut Frischlinus; sed *comparandi*. Integra itaque maneat lectio vetus, & sic vertantur verba:

Age vero, tu potius qui sis dicito,
Quam faciam &c.

Pag. 25. μὲν γὰρ εἰς Φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω.
Si enim forte ad parcum ingressus fuero.

Fatetur Doctiss. Kusterus, omnes & editiones & Mss. ita habere: putat tamen inesse huic loco mendum, scribique debere, εἰς Φειδωλοῦ subintelligendo οἶκον. Verum servaverim ego potius lectionem receptam: non enim minus recte & eleganter dicitur εἰσέρχεσθαι εἰς τινά, quam εἰσέρχεσθαι εἰς τινός. id quod ad versum 242. negat Vir Cl., *Græce enim*, inquit, *non dixeris* εἰσελθεῖν εἰς ἄνθρωπόν τινα pro *domum alicujus ingredi; sed vel* εἰς ἀνθρώπου τινὸς, *per ellipsin vocis* οἶκον, vel ὡς ἄνθρωπόν τινα &c. Hactenus V. D. At Græce dici εἰσελθεῖν εἰς τινα, docebit locus Lucæ in *Act. Apost.* cap. XVI. vers. ult. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς, εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν. h. e. *ingressi sunt ad Lydiam*,

vel

vel *domum Lydiæ.* quod verſ. 15. ejuſdem cap. εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον &c. Quin immo hoc docuit ex Lyſia Budæus Comment. L. Gr. p. 110.

Pag. 27. Ἀλλ' ἔς' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ᾗ δεῖ
παρόντας ἀμύνειν·

vertit Friſchlinus: *Quam* (occaſionem) *ut arripiatis protinus, vi tota anniti oportet.* Cl. Bentlejus hunc verſum mendi manifeſtum pronunciat. Emendat itaque:

Ἀλλ' ἔς' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ᾗ δεῖ πάραυτ'
ἀμύνειν.

ut πάραυτ' pro παραυτίκα vel παραχρῆμα dicatur. Si quid mutari neceſſe foret metri gratia, pro παρόντας legerim παρόντ' per apoſtrophum pro παρόντα. de Choro enim loquuntur Comici in eadem periodo modo in plurali, modo in ſingulari. certe non ſollicitanda erat phraſis egregia & uſitata optimis ſcriptoribus, παρόντα ἀμύνειν, quæ ſignificat *præſentem adeſſe.* En tibi ſimilem apud Euripidem locum in *Rheſo* verſ. 610. ubi Ulyſſes ad Minervam:

- - - - - ἐν πόνοισι γὰρ
Παροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε.
Laboribus enim præſens ades ſemper meis.

Latine hunc Comici verſum reddo:

Sed eſt in ipſo temporis puncto, cui præ-
ſentem oportet adeſſe.

Forſan in mentem venit hujus emendationis Viro Cl. poſtquam in Friſchlini verſione viderat vocem *protinus.*

Pag. 33. Ἡμεῖς δέ γ' αὖ ζητήσομεν θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα &c.

Ad hunc locum Cl. Bentlejus: *Obsecro te*, inquit, *quid hic facit* ζητήσομεν? *Lego*: Ἡμεῖς δὲ γ' αὖ ζηλώσομεν θρεττανελὸ &c. h. e. *imitabimur Cyclopem.* Hoc patere ex prioribus & ex sequentibus, addit, ubi μιμούμενος & μιμήσομαι habetur. At quodnam hoc est consequens? Quia præcedit verbum quod *imitari* significat, sequitur itidem, ergo hic etiam poni debet verbum aliquod quod eandem habet significationem, & in quo nonnullæ literæ saltem priores & posteriores sunt similes verbo ζητήσομεν, quo nihil aptius est quam ζηλώσομεν. Ut taceam quoque, differre nimium characteres τ & λ, ut & η & ω, vellem docuisset nos Vir Doctissimus structuram verborum quæ sequuntur, si quando legimus ζηλώσομεν, *imitabimur Cyclopem.* Unde, obsecro, pendebit infinitivus ἐκτυφλῶσαι? Retine ergo ζητήσομεν, & sic construe verba: Ἡμεῖς δὲ γ' αὖ, βληχώμενοι Θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα, ζητήσομέν σε ἐκτυφλῶσαι καταλαβόντες. Hic est verus verborum ordo: Recte dicitur, ζητήσομέν σε ἐκτυφλῶσαι, *conabimur te excæcare, operam dabimus, ut te excæcemus.* Sic infra in hac Fab. verbo hoc utitur Comicus vers. 473.

Ὅτι γε ζητεῖς τοῦτ' ἀναπείσειν ἡμᾶς. & alibi. In ipso quoque N. T. Marci XII. 12. vide etiam *Rom.* X. 3.

Pag. 40. Ἀλλ' ὐδὲ τὸ βλέμμ' αὐτὸ κατὰ χώραν ἔχει·

Ἀλλ' ἔστιν ἐπίδηλόν τι πεπανουργηκότι.

vertit Frischl. *Sed neque vultum satis fixum habet: & mobiles*

Oculi veteratorium animum palam arguunt.

Vetus Schol. expl. Ἀλλ' ἐστὶ τὸ βλέμμ' αὐτοῦ ὅμοιον πεπανουργηκότι βλέμματι. Nihil ad hunc locum adnotarunt Ill. Spanhemius, Erud. Bentl. & Kusterus. Mihi tamen hic aliqua est difficultas, quomodo nempe ἐπίδηλον possit significare ὅμοιον. Docent quidem Lexicographi nonnulli, τὸ ἐπίδηλον, quod alias *manifestum* significat, cum *dativo* notare *similem*, sed ex hoc solo loco id docent, nec credo uspiam tale exemplum extare. Quia itaque insolens est hoc, crediderim paullo aliter scripsisse Comicum, sc.

Ἀλλ' ἔστιν ἐπιδηλοῦν τι πεπανουργηκότα.

h.e. *Sed* (vultus) *arguit eum qui perperam quid fecit.*

Similem inveni apud Philostratum locum, ubi eodem modo occurrit verbum ἐπιδηλοῦν. in *Vita Apollon.* p. 217. Καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως ἀγῶνα ἐπεδήλου τῆς γνώμης: *Et facies Imperatoris prodebat, ancipitem eum hærere animo.* ubi idem in simili negotio habes verbum ἐπιδηλοῦν.

CAP.

CAP. II.

Ex Comici Ranis aliisque Fabulis quædam illustrantur. Lectio Scholiastæ defenditur. Comicus emendatur. Versio ejus notatur. Πειραιεὺς *non est* Piræensis, *sed* portus Piræeus. Μάχεσθαί τινι *non est* auxiliatorem habere in pugna, *sed* pugnare adversus aliquem. *Civitas eleganter comparatur navi. Fl. Christianus notatur. Scholiastes Aristophanis emendatur.*

IN *Ranis* Aristoph. p. 214.

Ἀγάθων δὲ ποῦ 'στιν. Ἀπολιπών μ' ἀποίχεται,
Ἀγαθὸς ποιητὴς, καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις·

Ubi vero est Agatho? Reliquit me & abiit,
Bonus Poëta, & amicis optatissimus.

Ad quæ vetera Scholia: οὗτος δὲ ὁ Ἀγάθων κωμῳδοποιὸς τοῦ Σωκράτους διδασκάλου, ἀγαθὸς τὸν τρόπον &c. Eadem ex Scholiis hisce descripsit Suidas. Ceterum turbare hic nonnihil vocem Κωμῳδοποιὸς ait Kusterus, qui censet pro ea scribendum τραγῳδοποιός. quia non fuit Poëta Comicus Agatho, sed Tragicus. Verum retinenda vox Κωμῳδοποιός: utrumque enim fuit & Comicus & Tragicus, uti ostendit Cl. Perizonius ad Æliani lib: II. cap. 21. & XIII. 4.

In *Equitib.* p. 310. Γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον. Sic etiam legit interpres, dum vertit: *Fiam una de Cratini ovillis pellibus.* Sed verius, me judice, legas, ἐν Κρατίνου, elliptice pro ἐν Κρατίνου οἰκίᾳ, *in Cratini ædibus.* atque ita vetus Scholiastes legit: exponit enim:

γενοί-

γενοίμην ὧν εἰς τὴν οἰκίαν Κρατίνου κώδιον &c. Alioqui si ἐν scripsisset Comicus, non κώδιον, sed κωδίων sequi deberet.

P. 342. Τοιοῦτονὶ Θεμιστοκλῆς οὐ πώποτ' ἐπενόησεν,
Καί τοι σοφὸν κἀκεῖν' ὁ Πειραιεὺς, ἔμοιγε μὲν τοι
Οὐ μεῖζον εἶναι φαίνετ' ἐξεύρημα τοῦ χιτῶνος.

Interp. *Næ tale ne quidem Themistocles dare cogitavit:*
Quamvis hac etiam in parte sapiens Piræensis iste.
Mihi tamen hac tunica nil majus inventum videtur.

Parum accurate illud ὁ Πειραιεὺς intellexit de persona, Themistocle sc. cum de ipso portu, qui sic vocatur, intelligi debeat. Tu itaque verte:

Tale quid nunquam excogitavit Themistocles,
Licet etiam sit sapiens illud de Piræeo (inventum:) *mihi tamen*
Non majus esse videtur quam hoc de tunica inventum.

Supra hac de re egit Comicus pag. 337.

P. 348. Ὃς περὶ τοῦ δήμου πολλοῖς κώνωψι μαχεῖται.] *Qui culicum auxilio populum defendet.* Debebat: *Qui pro populo adversus multos pugnabit culices. Culices* vocat Medos, ut Scholia etiam docent. Μαχεῖσθαί τινι non *auxiliatorem*

rem habere in pugna significat, sive *auxilio alicujus defendere quempiam*; sed *pugnare cum aliquo.* Latini aliquando Græcismo utentes dicunt *pugnare alicui.* Vide Vechneri Hellenolexiam.

In *Vespis* p. 433. Περὶ τῆς πόλεως γάρ ἐστι τοῦ σκάφους ὅλου.

Nam de civitatis navi tota est.

Schol. Ἀεὶ οἱ ποιηταὶ τὰς πόλεις πλοίοις παραβάλλουσι. καὶ Σοφοκλῆς. His verbis subjunxit Bisetus, non liquere sibi exemplum hujusmodi e Sophocle. Sed plura sunt apud Sophoclem loca, in quibus de civitate tanquam de navi loquitur. E. G. in *Oedipo Tyranno* vers. 22. Πόλις γὰρ ---- ἄγαν ἤδη σαλεύει: *Civitas enim vehementer nunc agitatur instar navis fluctuantis:* ubi Schol. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν χειμαζομένων νεῶν. & in *Antigone* vers. 168.

Ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεως ἀσφαλῶς θεοὶ
Πολλῷ σάλῳ σείσαντες, ὤρθωσαν πάλιν.

ad quæ Schol. τροπικῶς, ὡς ἐπὶ νεώς. Sed non Poëtæ tantum, verum etiam prosæ scriptores sic loqui solent. Philo *Legatione ad Cajum* p. 773. Imperium Romanum cum navi comparat: Imperatorem vero cum gubernatore: Παραπεμφθεὶς γοῦν (inquit) ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπὶ πρύμναν ἀνωτάτω, καὶ τοὺς οἴακας ἐγχειρισθεὶς, πηδαλιουχεῖ τὸ κοινὸν ἀνθρώπων σκάφος σωτηρίως &c.

P. 451. Ἡ Προξενιάδην ἢ τὸν Σέλλου.

Ad

Ad hæc verba Fl. Chriſtian. „ Videtur Scho„ liaſtes Græcus legiſſe Proxenidem, de quo „ ait mentionem factam in Equitibus tanquam „ ἀλαζόνος. Sed illic reperio tantum Theagenem „ & Sellum Æſchinem. Ad hæc obſervari debet primo, pro *Equitibus* poni debuiſſe *Avibus*, ibique etiam reperiri mentionem Proxenidæ, tanquam faſtuoſi hominis. ſc. pag. 595.

Ὥσθ' ὑπεράνω μὲν Προξενίδου ὁ Κομπασεὺς
Καὶ Θεαγένης.

Secundo, Doctiſſimum Fl. Chriſtianum minus accurate *Sellum Æſchinem* vocaſſe, & debuiſſe *Selli Æſchinem:* nam Æſchines fuit Selli filius, unde paſſim vocatur ὁ Σέλλου, ut hoc loco, & infra p. 521. ubi vide Scholia. & in *Veſpis* p. 519.

Μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται.

In *Avibus* p. 578. Νήνεμος αἰθρη. ubi Schol. -- ὁ γὰρ ἀέρος εὐδεινοῦ ὄντος, καὶ ἡ θάλασσα ἡσύχασεν. In voce εὐδεινοῦ eſt mendum, quod facile tolli poteſt, interponendo ſc. literam ι, quæ excidit: legendum enim εὐδιεινοῦ, quæ vox *ſerenum* denotat. Supra p. 552. ipſe Scholiaſtes --- διὸ κατὰ Διὸς οἶκτον ιδ' ἡμέρας ἀλκυονίτιδας καλουμένας εὐδιεινὰς ἔχει τοῦ ἔτους.

CAP. III.

Quædam ex Menandri Fragmentis examinantur. Lectio ejus recepta vindicatur. Σύμβουλος δήμου *dicitur Rhetor Atheniensium.* Ου μάτην *non male exponitur* οὐκ ἀληθῶς; *Idem est* Ουκ ἐτός. *Vetus Menandri lectio restituitur. Quid* νοῦν ἔχειν? *Menander emendatur. Quid* ἀπολέσαι ἐφόδια? *Recepta lectio vindicatur. Quid sit* παραζῶν. Λαμβάνειν *de* animo, *est apud animum suum reputare, cogitare, considerare.*

IN Fragmentis Menandri, Numero LXXXI. pag. 34. Emendationum Phileleutheri Lipf.

Ἄρχων, στρατηγὸς, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
Σύμβουλος· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ᾽ ἔχει.

Ad posteriorem versum adnotavit Doctissimus Phileleutherus, durissime incedere Senarium, cum in loco secundo Proceleusmaticum habeat | λος ὁ δια | Præterea & sententiam decrescere: majus enim quiddam esse ἄρχων, aut στρατηγὸς aut ἡγεμὼν, quam σύμβουλος. Ut utrique, inquit, medicinam adhibeas, tam versui quam sententiæ, sic repone:

Ἄρχων, στρατηγὸς, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
Βουλῆς· ὁ διαφέρων λογισμῷ πάντ᾽ ἔχει.

Ἡγεμὼν δήμου, & ἡγεμὼν βουλῆς, *Rector populi, & etiam rector Senatus.* Sed immerito censet Doctiss. Criticus, non valere Senarium, & in secundo loco esse Proceleusmaticum. est enim in secundo loco tribrachys & in tertio anapæstus. Sic enim, ut ego quidem existimo, mensurari debet:

Σύμ-

Σύμβου | λος ὁ δι | αφέρων | λογι | σμῷ πάν | τ' ἔχει. |

Senarius enim Comicus in ſedibus quinque primis ſine diſcrimine jambum, ſpondæum, dactylum, anapæſtum & tribrachyn recipit: ſic numero 303.

Τοσοῦ | το γέγο | νε τὸ κα | κὸν ἢ | λίκον | περ ἦν.

ubi & in ſecundo & in tertio loco eſt tribrachys, ut hic in ſecundo eſt tribrachys, & in tertio anapæſtus. atque ita vides manere vocem Σύμβουλος, pro qua reponere Βουλῆς, audax nimis mihi videtur, præſertim cum Σύμβουλος recte jungatur præcedentibus. nam Σύμβουλος δήμου dicitur Rhetor qui populo quid faciendum ſit ſuadet. atque apud Demoſthenem junguntur Ῥήτωρ, ἡγεμὼν καὶ στρατηγὸς, quemadmodum hic στρατηγὸς, ἡγεμὼν & σύμβουλος. Suidas in V. Ῥήτωρ. Ῥήτωρ, inquit, τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο, ὁ δήμῳ συμβουλεύων, καὶ ὁ ἐν δήμῳ ἀγορεύων, εἴτε ἱκανὸς εἴη λέγειν, εἴτε καὶ ἀδύνατος· εἴτε καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίστου καὶ δικαιοτάτου συμβουλεύων, εἴτ' ἐπ' οἰκείοις λήμμασι. καὶ Δημοσθένης τοῦτον καλεῖ ῥήτορα, ἐπειδὰν λέγοι· Ῥήτωρ, ἡγεμὼν καὶ στρατηγὸς &c. Dein ſubjungit alium Demoſthenis locum ex Oratione adverſus Midiam: Ἐγὼ δ', εἰ μὲν ὁ συμβουλεύων ὑμῖν ὅ, τι ἂν συμφέρειν ἡγῆται, ῥήτωρ ἐστὶν, οὔτ' ἀρνοῦμαι, οὔτε φύγοιμι ἂν τοὔνομα τοῦτο. Ex dictis patet, recte dici Rhetorem Σύμβουλον δήμου, eumque apud Menandrum apte jungi cum præcedentibus.

Num. cxiv. p. 49. Ου μάτην.

Allegaverat ad hunc locum Cl. Clericus Heſychium, qui: Ου μάτην, οὐκ ἀληθῶς, Μένανδρος ἐν Ὀργῇ. Atqui hoc portenti plane ſimile eſt, inquit Phileleutherus, ut μάτην *fruſtra, vane*, apud Menandrum ſignificet ἀληθῶς *vere*. quare reponit fidenter Ου μὰ τὴν, *Non per:* nomen enim Divæ omiſſum eſſe per εὐφημισμὸν exiſtimat, ut apud Ariſtophanem μὰ τόν. Ingenioſe quidem, ſed an vere, dubito. Non equidem ſcio an ullibi reperiatur μὰ τὴν, uti μὰ τόν. Certe mihi nuſquam occurrit, nec Vir Cl. ipſe ullum profert exemplum. Quare mihi videtur Heſychius ex Menandro ſcripſiſſe, uti hodie legitur, Ου μάτην, non vero Ου μὰ τήν. Interpretatio illa οὐκ ἀληθῶς, non eſt adeo inepta, ſed apta, ſi modo interrogative accipias, quod non animadvertit Vir doctus, οὐκ ἀληθῶς; *annon vere?* Sic οὐ μάτην ἔλεγε, ſine interrogatione, recte quis interpretabitur cum interrogatione οὐκ ἀληθῶς ἔλεγε; Idem enim eſt, *non ſine ratione, non immerito dixit*, ac, *an non vere, nonne merito dixit?* Scire ſane vellem, quid reſponderet doctiſſimus Criticus ad aliam ſimilem formam Ουκ ἐτός, quæ pariter ab Heſychio exponitur, οὐ ματαίως, & οὐκ ἀληθῶς. Sic etiam Schol. Ariſtoph. ad *Plut.* p. 43. Ουκ ἐτὸς ἄρ ὡς ἔμ᾽ ἦλθεν οὐδὲ πώποτε. ubi vetus Interpres: Ουκ ἐτὸς] οὐκ ἀλόγως, ἀλλὰ δικαίως, ἢ ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀληθῶς. quod poſtremum

etiam

etiam interrogative ſcribendum. Jam ἑτὸς & μάτlw idem ſignificant. Alii forſan pro οὐκ ἀληθῶς legent potius, οὐκ ἄλλως.

P. 62. Παύσασθε νοῦν ἔχοντες· οὐδὲν γὰρ πλέον
'Ανθρώπινος νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὁ τῆς Τύχης.

Ad hunc locum Vir κριτικώτατος: „Ita quidem apud Stobæum extat; ſed aut fallor, „aut hic quoque pro titulo Fabulæ eſt aliquid „ὑποβολιμαῖον & ſuppoſititium. Qualis enim „ſententia? *Deſinite mentem habere: nam mens „humana nihil eſt.* Certe ſi ipſa mens *nihil* „eſt, quorſum *deſinerent* habere, qui nunquam „habere *inceperint*? Repone levi ac certa mu„tatione:

„Παύσασθε Νοῦν αὐχοῦντες.
„*Deſinite de Mente gloriari.*

Sed deſinat de hac emendatione ut certa gloriari Vir doctus; nemo enim νοῦν ἔχων eam probabit. Senſum phraſeos non videtur adſequutus. Νοῦν ἔχειν eſt *prudentem* eſſe, unde νουνεχὴς & νουνεχῶς, paſſim apud optimos ſcriptores reperitur, & ſæpius ipſe Menander ea uſus eſt. Apud Plut. de aud. Poët. Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει. & hic pag. 13.

'Ου γαμεῖς ἐάν γε νοῦν ἔχῃς.
Non duces uxorem, ſi ſapias.

Ita hic Παύσασθε νοῦν ἔχοντες, *Deſinite cor habere, prudentes eſſe.*

Quod ſequitur, ---- οὐδὲν γὰρ πλέον
'Ανθρώπινος νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὁ τῆς Τύχης.

ſic

ſic vertunt: *Nihil enim amplius humanum ingenium eſt, ſed Fortunæ.* Miror Viris Eruditis ad animum non occurriſſe mendum quod eſt in ἀλλ' ὁ. pro quo reponendum ἄλλο, & ſine diſtinctione legendum, οὐδὲν γὰρ πλέον Ἀνθρώπινος νοῦς ἐστιν ἄλλο τῆς Τύχης. hoc eſt, *Humana enim prudentia nihil aliud eſt quam Fortuna.* Sic οὐδὲν πλέον ἄλλο οὐ occurrit infra, num. 280. Πλέον γὰρ οὐδὲν ἄλλο οὐ ζητεῖν. Ergo hoc non dixit Menander, quod *mens humana nihil ſit*; ſed ſenſus eſt: *Deſinite mentem & prudentiam habere: quoniam humana prudentia nil niſi Fortuna eſt.* Firmant noſtram emendationem & interpretationem ea quæ mox ſequuntur apud Menandrum:

-- ἡ πρόνοια δ' ἡ θνητὴ καπνὸς
Καὶ φλήναφος· πεισθῆτε καὶ μέμψεσθέ με·
Πάνθ' ὅσα νοοῦμεν, ἢ λέγομεν ἢ πράττομεν
Τύχη 'στίν.

& dein: Τύχη κυβερνᾷ πάντα· ταύτην καὶ φρένας
Δεῖ, καὶ πρόνοιαν τὴν Θεῶν (al. Θεὸν) καλεῖν μόνην·

Num. CLXVII. pag. 64.

Ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς, καταλύσεις σὺ βέλτιον
Ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθες, ἐχθρὸς οὐδενί,
Ὁ προσδιατρίβων δὲ κοπιάσας ἀπώλεσε.

Ad poſtremum verſum adſcripſit Erudit. Criticus, ſe nihil inquinatius vidiſſe; neque enim verſum neque ſententiam conſtare. „Ἀπώλεσεν, „addit, interpretantur *periit*: pereant itaque „qui

„ qui me puerum docuerunt, ἀπώλεσεν esse *perdidit*; non *periit*, quod est ἀπώλετο vel ἀπόλωλεν. Hæccine tam eximiis viris excidisse? „ Repone ocyus,

„ Ὁ προσδιατρίβων ᾖ, κοπιάσας ἀπέλασε.
„ *Qui diutius moratur, delassatus abscessit.*

„ Ἀπέλασε significatione Neutra ab ἀπελαύνω. Hactenus Vir doctus. * Mihi vero illud antiquum ἀπώλεσε nequaquam sollicitandum videtur, sed omnino retinendum, non vero vertendum *periit*; sed *perdere solet*, vel *perdit*. Sic enim passim accipiuntur aoristi. Porro in illo ἀπώλεσε ex præcedenti repetendum est ἐφόδια, *viaticum*. Ἀπολέσαι ἐφόδια opponitur hic τῷ ἔχειν ἐφόδια, quod est in versu præcedente.

Num. CCXCIII. pag. 125.

Ὅστις πένης ὢν ζῇ, παραζῆν βούλεται·
Ἡ γὰρ ἀπάνις πρόχειρος εἰς τὸ δρᾷν κακά.

Hic Vir doctus τὸ παραζῆν Gruteri & Grotii, non minus à scriptura quam à sententia recedere ait, legit itaque:

Πᾶς τις πένης ὢν ζῆν, παρ' ὃ ζῇ, βούλεται.
Omnis pauper vult vivere aliter quam vivit.

vel Πᾶς τις πένης ὢν ζῇ, παρ' ὃ ζῆν βούλεται.
Omnis homo qui pauper est, vivit aliter quam vivere cupit.

Sed omnino retinendum censeo illud παραζῆν, quod est *vita abuti, male vivere*. Παρὰ enim in

in compositis aliquando vitiat, sive ut Scholiastes Aristophanis ait, τὴν ἔξω σχέσιν δηλοῖ, ut in παραφρονεῖν, παρακύειν, παραβλέπειν &c. Ita hoc ipsum παραζῆν habet Plutarchus, spectans forsitan hoc Philemonis dictum, in *Liberor. Educat.* p. 13. Στιγμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἐστι· Ζῆν καὶ οὐ παραζῆν προσήκει. *Punctum temporis omnis est vita: Uti vita, non abuti decet.* ubi etiam τὸ παραζῆν opponitur τῷ ζῆν. Sensus verborum Philemonis est: *Quicunque in egestate vivit, vita abuti ad res malas vult: Egestas enim proclivis est ad patranda mala.* Non video quid huic sententiæ insit absurdi.

Num. CCCIII. pag. 128.

Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, δέσποτα,
Αὐτοὶ δι' αὑτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
Οἷον, τέθνηκεν υἱὸς ἢ μήτηρ τινὶ,
Ἢ νὴ Δί', ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις,
Εἰ μὲν λάβῃ τοῦτ', Ἀπέθαν', Ἄνθρωπος
γὰρ ἦν,
Τοσοῦτον γέγονε τὸ κακὸν, ἡλίκον περ ἦν.
Ἐὰν δ', Ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκ ἔτ' ὄψομαι,
Ἀπόλωλεν, ἐν ἑαυτῷ ἐὰν τοῦτο σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖς οὗτος ἕτερα συλλέγει κακά.

Hic præter alias & minus necessarias κρίσεις versu quinto pro λάβῃ legendum sine dubio ait V. Cl.* λάλῃ, *Si hoc loquatur, Mortuus est.* Quid enim huc facit λαβῃ, inquit? Ego contra legendum sine dubio censeo, λάβῃ. Est enim hic λάβῃ, ut puto, idem quod plenius

nius aliter ἐν νῷ λάβῃ, & quod mox Philemon, ἐν ἑαυτῷ σκοπῇ, *apud animum suum reputet, consideret.* λαμβάνειν autem de *animo* quoque dici docebunt Lexica. ita διαλαμβάνειν est *dijudicare*, *existimare*, *censere*. Diodor. Sic. l. XIV. p. 451. Διελάμβανε γὰρ, τῆς κατὰ θάλατταν βοηθείας ἀποκλεισθείσης, ῥᾳδίως πολιορκήσειν τὴν πόλιν.

CAP. IV.

Tria loca Dionis Chrysostomi illustrantur. Versio ejus Latina bis notatur & emendatur. Quid καθ' αὑτὸν *&* καθ' αὑτήν. Οὐδὲν πλέον ἐστί. Πλέον ποιεῖν. *Recepta Dionis lectio vindicatur.*

DIon Chrysostomus *Orat.* II. p. 27. Ἔτι δὲ μᾶλλον τὸ τῆς Καλυψοῦς· ἅτε ὡραίας καὶ φιλανθρώπου θεᾶς, ἐν νήσῳ καθ' αὑτὴν ἀπῳκισμένης.] Interpres: *Et adhuc magis habitaculum Calypsus, tanquam speciosæ & perhumanæ Deæ, in insulam, ut ille ait, remotæ.* Sed καθ' αὐτὴν, non potest significare, *ut ille ait*. Tu verte: *quæ in insula seorsim habitabat* vel *semota erat*. intelligit antrum in Ogygia insula, ubi habitabat Calypso, ut Homer. *Odyss.* ε. *vers.* 57.

Ἤϊεν, ὄφρα μέγα σπέος ἵκετο, ᾧ ἔνι νύμφη
Ναῖεν ἐϋπλόκαμος.

Multi Interpretes non intellexerunt locutionem hanc elegantem καθ' ἑαυτὸν vel ἑαυτήν. significat ea *solum*, vel *solam*, *seorsim*, *separatim ab aliis*

liis. Sic in 1. Reg. XXVI. 11. ἀπέλθωμεν ἡμεῖς καθ' ἑαυτούς. & verſ. 22. καὶ ἀπῆλθον καθ' ἑαυτούς. Achilles Tat. II. p. 83. ἡ μήτηρ τῆς κόρης μαλακίζεται, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἀναπαύεται. Idem l. VI. p. 385. κοιμησόμενος ᾤχετο καθ' ἑαυτόν. Lucian. *Prometh. in verbis* p. 17. οἴκοι καὶ καθ' ἑαυτόν. Plutarch. *Galba* 1055. πυθόμενος δὲ τὸν Γάλβαν ἀναπαύεσθαι καθ' ἑαυτόν. Ælian. III. 19. V. H. de Ariſtotele, καθ' ἑαυτὸν ἀπιόντα εἰς τὴν πόλιν. Luc. *Act*. XXVIII. 16. τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτόν.

Idem *Orat*. XXXI. p. 340. Quum Thaſii peſte ſæviſſima vexarentur, & ab ea liberari non poſſent, oraculum conſulentibus reſpondit Deus, Exules illis eſſe reducendos. Ὡς δὲ πλέον οὐδὲν ἦν, ἁπάντων ἐληλυθότων, χρωμένοις αὖθις, λέγεται τὴν Πυθίαν οὕτως ἀνειπεῖν·

Θεαγένους &c.

Vertuntur hæc verba: *Quum autem omnes eſſent reverſi, nulluſque foret reliquus, rurſus conſulentibus Deum, ita antiſtitem reſpondiſſe ferunt.*

Theagenis &c.

Mira interpretatio vocum, πλέον οὐδὲν ἦν, *nullus erat reliquus*. Obſervanda locutio πλέον οὐδὲν, qua ſignificatur *nihil aliquem proficere*. Sic apud Menandrum:

Τί δὴ ποιεῖς πλέον; οὐδέν. &c.

Quid autem proficis (lacrymando)? *nihil*. Fruſtra ibi Doctiſſimus Criticus Phileleutherus, lectionem mutat, & legit.

Τί

Τί οὖν πλέον ἔχομεν; οὐδέν.

quod Plutarchus exhibet,

Τί οὖν πλέον ποιοῦμεν; οὐδέν.

Et in Notis ait: Ἔχομεν apud Plutarchum reponimus, pro ποιοῦμεν: Græci enim πλέον ἔχειν *proficere* dicunt, non πλέον ποιεῖν. Frustra, inquam: docebunt enim Lexica, Platonem, Plutarchum aliosque sic loquutos. Ita hic apud Dionem, ὡς δ᾽ ἢ πλέον οὐδὲν ἦν: *cum nihil proficerent, reductis exulibus.* h. e. cum nihilominus peste infestarentur, cum tamen nihil cessaret pestis, licet exules reduxissent secundum oraculum, οὐδενὶ τρόπῳ ληξάντων τῆς νόσου, ut paullo ante dixit.

Orat. LXXV. p. 647. Κάλλιστα δὲ καὶ τὰς ἄλλας τῶν εὐεργεσιῶν πεποίηκε, στεφάνους καὶ κηρύγματα καὶ προεδρίας ἐξευρών·] Legit hic Casaubonus pro τὰς ἄλλας τῶν εὐεργεσιῶν, τὰ ἆθλα τῶν εὐεργεσιῶν, *præmia bene meritorum.* Quam emendationem probare non possum: recenset enim hic Dio beneficia quæ lex confert in genus humanum. Paullo ante de *lege* dixerat, πᾶσιν ὅμως εὐεργέτης ὢν, ἑτέροις ἐκτίνει τὰς χάριτας, καὶ γονεῦσι παρὰ παίδων τὰς ὁμοίας κομιζομένων &c. Quando jam hic addit, κάλλιστα δὲ καὶ τὰς ἄλλας τῶν εὐεργεσιῶν πεποίηκε, hoc vult, *pulcerrime etiam alia confert beneficia.* Nimirum præter ea quæ jam dicta & recensita sunt. Eleganter autem & Attice dicitur, τὰς ἄλλας τῶν εὐεργεσιῶν pro τὰς ἄλλας εὐεργεσίας.

CAP. V.

Dionis Cassii loca quædam illustrantur. Dianæ Tauricæ simulacrum apud Cappadocas. Versio Dionis emendatur. Lectio ejus Græca mendosa sanatur. Quid ὁμολογία, & *ἐν ὁμολογίᾳ ἀπολαβεῖν & προστίθεσθαί τινας. Quid* ἀλίσκεσθαι τῇ ἑτέρᾳ. *Castigatus Interpres.* Περίδειπνον *non est* comissatio, *sed* epulum funebre.

LIb. xxxv. pag. 5. apud Dionem Cass. legitur: Τὰ γὰρ δὴ Κόμανα τῆς τε νῦν Καππαδοκίας ἐστὶ, καὶ ἐδόκει τότε τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας, καὶ τὸ γένος τὸ Ἀγαμεμνόνειον δεῦρο ἀεὶ ἔχειν.] De eodem hoc simulacro Pausanias in *Laconicis* p. 249. Καί τοι διαμεμένηκεν ἔτι καὶ νῦν τηλικοῦτο ὄνομα τῇ Ταυρικῇ θεῷ, ὥστε ἀμφισβητοῦσι μὲν Καππάδοκες καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον οἰκοῦντες, τὸ ἄγαλμα εἶναι παρὰ σφίσιν. *Atqui servatum est etiamnum tantum nomen Tauricæ Deæ, ut Cappadoces cum Euxini accolis contendant, penes se esse illud simulacrum.*

P. 6. ubi de Mithridate Triarium vincente; Καὶ αὐτῷ οἱ βάρβαροι προχωροῦντι ἤδη προσπεσόντες, τοὺς μὲν ἐν χερσὶ τῷ τε πλήθει σφῶν περιέχον καὶ κατειργάσαντο.] Minus accurate hæc vertuntur: *Barbari jam castello appropinquantes adorti, circumfusique ob multitudinem suam, partim ceciderunt* &c. Tu vero rectius vertas: *Et ipsum* (Triarium) *promoventem jam adorti Barbari, obvios multitudine sua circumdederunt & obtruncarunt.*

Lib. XXXVI. p. 12. ubi de rogatione Gabinii à plebe approbata: Τήν τε ἐσήγησιν αὐτοῦ ἀπεδέξαντο, καὶ πρὸς τὸν Πομπήϊον παραχρῆμα πάντες, πλὴν τῆς γερουσίας, ἀπέκλιναν. &c.] Hoc ipsum habet etiam Plutarch. in *Pompejo* p. 632. Αναγνωσθέντων δὲ τούτων (lege sc. à Gabinio rogata) ὁ μὲν δῆμος ὑπερφυῶς ἐδέξατο, τῇ δὲ συγκλήτῳ τοῖς μεγίστοις καὶ δυνατωτάτοις ἔδοξε --- φόβου ἄξιον εἶναι τὸ τῆς ἐξουσίας ἀπερίληπτον καὶ ἀόριστον· ὅθεν ἐνίσταντο τῷ νόμῳ, πλὴν Καίσαρος, & quod mox apud Dionem de Pisone Consule altero: Πίσωνα δὲ τὸν Γάϊον τὸν ὕπατον --- συλληφθέντα, καὶ μέλλοντα καὶ ἀντὶ τῶν ἄλλων ἀπολλυσθαι, ὁ Γαβίνιος ἐξῃτήσατο. hoc Plut. loco dicto: καὶ τῶν δὲ ὑπάτων ἅτερος εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, ὅτι Ῥωμύλον ζηλῶν οὐ φεύξεται ταὐτὸν ἐκείνῳ τέλος, ἐκινδύνευσεν ὑπὸ τοῦ πλήθους διαφθαρῆναι.

Lib. XXXVIII. p. 78. Ὅθεν που πάνυ καλῶς εἴρηται ὅτι ῥᾷον παραινέσαι ἑτέροις ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι.] Sententiam hanc desumsit ex Euripidis *Alcestide* vers. 1078. ubi:

Ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν.

Facilius est consolari, quam miseriam sustinere.

Hinc Terent. alibi: *Facile omnes quum valemus recta consilia ægrotis damus.* Auctor infra p. 348. Ἀμείνων εἰ ἑτέροις ποιεῖν ὁτιοῦν παραινεῖν &c.

Lib. XXXIX. p. 125. ubi agitur de P. Crasso, qui Aquitanos subegit: Ἐπὶ οὖν τούτους ὁ Κράσσος στρατεύσας, Ἀπάτας τε μάχῃ ἐκράτησε, καὶ πολιορκία

κία εἷλεν, ὀλίγους μὲν ἐν ὁμολογίᾳ τινὶ ἐξ ἁπάσης ἀποβαλών. Posteriora verba hoc modo reddita invenio: *paucis nonnullis ex universo exercitu in quodam colloquio amissis.* plane contra mentem Auctoris. Tria hic notanda sunt. primo, ἐξ ἁπάσης, non significare, *ex universo exercitu;* sed *ex omni regione*, Aquitania sc., familiaris enim est hæc ellipsis ἁπάσης pro ἁπάσης χώρας vel γῆς· secundo, ὁμολογίαν non esse *colloquium*, sed *conditionem*, *pactum.* uti ὁμολογεῖν est *pacis conditiones accipere.* sic in fine pag. Καὶ οἱ λοιποὶ πλὴν ὀλίγων ἀκονιτὶ ὡμολόγησαν. & lib. XL. p. 157. ἐκ δὲ τούτου τῶν μὲν ἄλλων τινὲς ὡμολόγησαν. & paullo ante in eadem pag. τότε δὲ τοὺς μὲν ὁμολογίᾳ τῶν λοιπῶν προσέθετο, τοὺς δὲ καὶ μάχῃ κρατήσας ἐδουλώσατο. Tertio pro ἀποβαλὼν legendum ἀπολαβών· hæc autem sæpe inter se confunduntur. sic p. 120. καταλαβεῖν τὴν γνώμην legitur pro καταβαλεῖν. Vertenda itaque verba Dionis hoc loco sunt: *paucis quidem ex omni regione conditionibus quibusdam in fidem receptis.* Vides hic, ἐν ὁμολογίᾳ ἀπολαβεῖν opponi τῷ, μάχῃ κρατεῖν & πολιορκίᾳ ἑλεῖν, quemadmodum in illo altero loco modo citato, ὁμολογίᾳ προστίθεσθαι, opponitur μάχῃ κρατεῖν.

Eodem lib. p. 147. Καὶ ἐκείνων τε οἱ μὲν ἀπέθανον ἐκ τῶν τραυμάτων, ἢ καὶ ἑαυτοὺς καταχρησάμενοι· οἱ δὲ ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ &c.] Postrema illa, οἱ δὲ ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ inepte vertit Interpres, *reliqui postridie capti sunt.* putavit in voce ἑτέρᾳ intelli-

intelligendum ἡμέρα. perperam; intelligi enim debet χειρί. Est loquutio proverbialis, τῇ ἑτέρᾳ λαβεῖν vel ἁλίσκειν, *sinistra manu capere*, i. e. *facili* vel *nullo negotio capere*. q. d. non dextram manum adhibere ad capiendum, sed sinistram, qua minus valemus. Vide quæ dixi in Ellipsi vocis χείρ. Ergo ἑάλων τῇ ἑτέρᾳ signif. *levi negotio capti sunt*.

Pag. 160. περιδειπνον ποιῆσαι, neutiquam recte versum est, *comissari*, cum sit *cœnam funebrem agitare*, vel *epulum funebre*. Pollux *Onom*. l. VIII. c. 7. Ἡ δ' ἐπὶ τῷ πένθει σύνοδος, περίδειπνον. Hieronym. in *Jerem*. cap. XVI. *Moris autem est lugentibus ferre cibos, & præparare convivia, quæ Græci* περίδειπνα *vocant, & a nostris vulgo appellantur parentalia, eo quod parentibus justa celebrentur*. Demosthenes *Orat. de Corona*: Ἀλλὰ δέον ποιεῖν αὐτοὺς τὸ περίδειπνον ὡς παρ' οἰκειοτάτῳ τῶν τετελευτηκότων &c. Latini *Silicernium* vocant. Vide Festum.

CAP. VI.

Dionis Interpres castigatus. Explicatur loquutio πάντας ἡβῶντας, & πάντας ἡβηδὸν ἀνελεῖν &c. *Dion emendatus.* Ἀγάλλειν τινα τιμαῖς *quid. Versio Latina corrigitur. Lectio Dionis leviter emendatur. Quid* διστάτη *vel* διστώτη. Ὁμόνοια *est* Dea Concordiæ.

LIb XLI. p. 195. cum Apolloniæ situm descripsisset, addit quod præ ceteris mirabile erat de igne copioso ad fluvium Anam, qui terram in qua existit, non inflammat aut arefacit, ἀλλὰ καὶ πόας καὶ δένδρα καὶ πάνυ πλησίον θάλλοντα ἔχει· πρός τε τὰς ἐπιχύσεις τῶν ὄμβρων ἐπαύξει, καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται. Postrema hæc verba de *plantis* & *arboribus* intellexit Interpres vertens: *quæ* (herbæ & arbores) *imbribus superfusis adolescunt, & in altitudinem excrescunt.* perperam: sunt enim intelligenda de *igni*, qui *crescebat & in altum extollebatur, cadentibus imbribus.* Plinius de hoc ipso, lib. II. *Nat. Hist.* cap. CVI. *Et juxta gelidum fontem semper ardens Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit, ut Theopompus tradidit. Augetur imbribus, egeritque bitumen, temperandum fonte* &c. Vid. ibi Harduin.

Lib. XLII. p. 233. de Pharnace dicitur quod Amisum urbem vi expugnatam diripuit, τούς τε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε. Recte vertit Interpres τοὺς ἡβῶντας πάντας, *omnes puberes.* pro eo dicitur etiam ἡβηδὸν, ut apud Jamblichum

chum vita Pythagoræ p. 146. τοὺς πολίτας ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι. Ælian. Var. Hist. lib. 11. cap. 9. Μιτυληναίους δὲ ἡβηδὸν ἀποσφάξαι. Dion. Hal. l. v. p. 310. narrat, consules Romanos captis Fidenis, convocasse captivos Fidenates in forum, & multa invectos in eorum amentiam dixisse, ἀξίους εἶναι ἅπαντας ἡβηδὸν ἀπολωλέναι. Idem l. vi. p. 356. οὐδὲ ἡβηδὸν ἀναιροῦντες. Herodot. l. vi. Συβάρεως γὰρ ἁλούσης ὑπὸ τῶν Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέγα προεθήκαντο. Appian. *Hisp.* p. 479. Καὶ τῇ σάλπιγγι ὑπεσήμαινε κτείνειν Καυκαίους ἅπαντας ἡβηδόν. & alibi apud alios. Sed magnam peperit Interpretibus difficultatem, quorum alii reddiderunt *per omnem ætatem:* alii, *à pueris.* alii *una cum pueris:* alii, *more puberum.* alii, *omnem juventutem* vel *cum omni juventute:* alii, *petulanter:* Faber ad Luciani Timonem, vertit, *omnino*, existimans, πάντες ἡβηδὸν esse *omnes omnino*, ἁπαξάπαντες, *ad unum omnes.* Mihi vero dubium non est, quin per πάντας ἡβηδὸν designentur omnes puberes, juvenes, viri, senes, exceptis conjugibus liberisque impuberibus: quia alii Græci Auctores hoc ipsum exprimunt per τοὺς ἡβῶντας, vel ὅσοι ἡβῶσι, vel ὅσον sive ὅσοι ἐν ἡλικίᾳ, & distinguunt ab iisdem παῖδας, καὶ γυναῖκας, *conjuges liberosque.* sic Thucyd. l. iii. ἀποκτεῖναι ἅπαντας Μιτυληναίους, ὅσοι ἡβῶσι· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἀνδραποδίσαι. (quem locum ad

Ælian. II. 9. etiam adduxit Cl. Perizonius) Idem Thucyd. l. v. c. 32. ἀπέκτειναν τοὺς ἡβῶντας, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδισαν. & ejusdem lib. c. ult. Οἱ δὲ ἀπέκτειναν Μηλίων ὅσους ἡβῶντας ἔλαβον, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδισαν. Dio Caff. l. XLII. p. 286. de Pharnace, quod Amisum urbem expugnaverit atque diripuerit, τούς τε ἡβῶντας ἐν αὐτῇ πάντας ἀπέκτεινε. Diodor. Sic. l. III. p. 131. καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀποσφάξαι, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας ἐξανδραποδισαμένας. Appian. *Hisp.* p. 136. de Annibale, τοὺς μὲν ὑπολείπους καὶ ἔτι ἡβῶντας αὐτῶν αἰκιζόμενος διέφθειρεν. Pausan. III. 10. Δελφῶν γὰρ τούς τε ἡβῶντας ἀποκτεῖναι, καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα ἐξανδραποδίσασθαι. Idem VI. 5. καὶ τὸ ἄλλο ὅσον ἐν ἡλικίᾳ κατεφόνευσε, γυναῖκας δὲ ἀπέδοτο καὶ παῖδας &c. Ex quorum locorum collatione facile patet, quid sit ἡβηδόν. Latini Auctores illud ἡβηδὸν & πάντες ἡβηδὸν vertunt *puberes*, & *omnes puberes*. Liv. l. VIII. c. 37. *Polliæ sententia fuit puberes verberatos necari, conjuges liberosque sub corona lege belli venire.* l. IX. 31. *omnes puberes interfecit.* l. XXI. 14. *signo dato, ut omnes puberes interficerentur.*

Lib. XLIII. p. 242. Τούτοις τε αὐτὸν ἤγγειλε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ συνάρχοντα ἑκατέρωθι προσείλετο.] Illud ἤγγειλε hic locum habere posse non videtur. pro eo legendum existimo ἤγαλλε, vel ἤγηλε, ab ἀγάλλω, *orno.* ut sit, *hisce ipsum ornavit.* Verbum habet Auctor etiam infra p.

252,

252. καὶ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς ἀγάλλων· sed vitiose iterum l. XLIV. in Oratione Antonii sub finem: Καὶ ἐφιλήσατε αὐτὸν ὡς πατέρα, καὶ ἠγαπήσατε ὡς εὐεργέτην, ἐτιμᾶτε οἷαις οὐδένα ἄλλον ἤγγειλατε. Lege. ἠγήλατε. Recte iterum lib. LVI. in principio Orationis Augusti: καὶ τούτοις οἷς τέθεικα ἄθλοις ἀγάλλω, & *orno vos præmiis quæ statui*. Atque ita legendum patet tum ex antecedentibus, tum ex consequentibus: præcessit enim, quod Cæsar Lepido ex Hispania citeriore reverso triumphum concessit, quum neminem vicisset, imo ne collatis quidem signis dimicasset, ἐπινικίοις ἐτίμησε, inquit Auctor. huc spectans dicit hoc loco, τούτοις αὐτὸν ἤγαλλε. Sequitur autem mox, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ συνάρχοντα ἑκατέρωθι προσείλετο. ubi rursus aliorum honorum mentio.

P. 255. Ὡς καὶ καθ' ἑκάτερον ἐπεκβοᾶσθαι ὅτι ἀδίκως αὐτῶν τὰ πλείω συνελέξατο, καὶ ὅτι καὶ ἐς τὰ τοιαῦτα αὐτοῖς κατεχρήσατο.] Minus recte hæc cepit Interpres vertens: *Itaque ad singula spectacula acclamabant, eum injusta de causa majorem pecuniarum partem exegisse, quibus in hujusmodi res abuteretur.* Debebat: *Ita ut utroque diffamaretur vel incusaretur, & quod injuste pleraque coëgerat, & quod ad talia illis abutebatur.*

Lib. XLVI. p. 337. de patre Ciceronis inter alia dicitur, καὶ οἰσπύτας καὶ ὑσπελέθους καὶ σπατίλας συλλέγων] h. e. *& sordes lanarum & fimum*

& merdam colligens &c. Pro οἰσπότως lege οἰσπάτως vel οἰσπώτας. Hesych. Ὀισπάτη, ὁ ῥύπος. ὁ ἢ Δίδυμος τὸν τῶν προβάτων. Ὀισπώτη habet Etymolog., habet etiam Aristoph. *Lysistr.* p. 873. Ἐκπλυνοῦντας τὴν οἰσπώτην, *eluentes sordes lanarum.* Suidas, Ὀισπώτη, ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων.

Pag. 353. --- τῇ Ὁμονοίᾳ ταύτῃ παρ' ᾗ νῦν βουλευόμεθα.] Int. *Concordiæ huic, de qua nunc deliberamus.* Debebat: *Concordiæ huic, apud quam nunc deliberamus.* Nam intelligit Deam Concordiæ, cujus in templo senatus habebatur.

CAP. VII.

Loca quædam Philostrati in Vita Apollonii examinantur. Ἄβιοι *non sunt homines inculti, sed inopes. Dentes Draconum Indicorum comparantur dentibus maximorum aprorum.* Ὁμοῦ *quum apponitur numeralibus vocibus, sign.* prope, ferme.

PHilostratus lib. II. cap. VI. *Vita Apollonii*, ubi describit homines qui habitant Caucasum inter & fluvium Cophenem, inter alia eos vocat ἀβίους. Verba hæc sunt: Ὑπερβάντες δὲ τὸ ὄρος ἐντυγχάνουσιν ἐπ' ἐλεφάντων ἤδη ὀχουμένοις ἀνδράσιν· εἰσὶ δὲ οὗτοι μέσοι Καυκάσου καὶ ποταμοῦ Κωφῆνος, ἄβιοί τε καὶ ἱπποτάται τῆς ἀγέλης ταύτης. Vertit Interpres: *Monte superato in viros inciderunt, qui elephantis jam vehebantur: hi autem medii sunt Caucasum inter & fluvium*

Cophe-

Cophenem: homines plane inculti, gregumque elephantorum curatores. At ἄβιοι non ſunt *inculti*, ſed *pauperes* & *egeni*: ut enim βίος eleganter *ſubſtantiam* & *facultates* ſignificat, ut apud Comicum in *Pluto*, οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένος, & in Euangeliis plus ſemel: ſic ἄβιοι ſunt qui τῷ βίῳ, h. e. *facultatibus* & *bonis ſunt deſtituti*. Lucianus Dialogo *Antilochi* & *Achillis*: Οἳ οὐκ ἂν οἶμαι, δέξαιντο ἀνελθεῖν, εἴ τις αὐτοὺς ἀναπέμψειε θητεύσοντας ἀκλήροις καὶ ἀβίοις ἀνδράσι: *Qui quidem, ut puto, redire neutiquam vellent, ſi quis ipſos ad ſuperos remitteret, ut mercede ſervirent hominibus pauperibus & egenis.* Reſpexit Lucianus Homeri locum qui eſt *Odyſſ.* λ. p. 488.

Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσι νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Mallem ruſticus mercede ſervire alii viro inopi, cui haud multus eſſet victus, quam omnibus manibus vita defunctis imperare.

Idem l. III. cap. 7. de Draconibus Indicis loquens, ſub finem capitis dicit: Καὶ κέρδος τοῖς ἑλοῦσι δράκοντας ὀφθαλμοί τε γίνονται, καὶ δορὰ καὶ ὀδόντες· εἰσὶ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιοι τοῖς τῶν μεγίστων ἰχθύων (al. συῶν,) λεπτότεροι δὲ καὶ διάστροφοι, καὶ τὴν αἰχμὴν ἄτριπτοι, καθάπερ οἱ τῶν μεγάλων ἰχθύων. Vertit Interpr. *Lucro ſunt draconem capientibus oculi, cum pelle & dentibus. Sunt autem in ceteris piſcibus quidem ſimiles majoribus*

ribus, ſed corpore magis ſunt gracili, & in quancunque partem verſatiles; dente autem invincibili, perinde ac cete. Ceterum in Notis ad hunc locum Celeberrimus Olearius, qui præclare de Philoſtrato meritus eſt, docet priores editiones pro ἰχθύων (priore ſc. loco) habere συῶν: „At mirum, inquit, dra„cones cum porcis comparari. Codex Urbinas „legit ἰχθύων, quod malim. Dracones enim, „ſerpentum genus, cum piſcibus melius quam „porcis compares. Sane in veteribus nummis „non multum diverſa draconis ſpecies à forma „Delphini apparet. Mihi quidem parum recte videtur Eruditiſſimus Olearius hæc accepiſſe de *corporibus* Draconum, cum de *dentibus* eorum tantum intelligenda ſunt, eorum enim proxime meminerat. Referendum illud εισὶ δὲ ὅμοιοι ad vocem ὀδόντες, quæ proxime præceſſit; non vero ad δράκοντας. Non enim *delphines* ſunt maximi piſces, à quorum forma non abſimiles in veteribus nummis *dracones* eſſe dicit V. Cl., neque vult Philoſtratus, dracones corpore & forma ſimiles eſſe maximis *piſcibus* vel *porcis*; ſed ὀδόντας *draconum illorum eſſe ſimiles dentibus maximorum piſcium* vel *aprorum*, (ſi legas συῶν, quæ lectio mihi non diſplicet.) Nota, non dicere Philoſtratum, εισὶ δὲ ὅμοιοι τοῖς μεγίςοις ἰχθῦσι, ſed --- ὅμοιοι τοῖς τῶν μεγίςων ἰχθύων ſc. ὀδȣ̃σι. Addit præterea Auctor, non per omnia eſſe ſimiles draconum dentes denti-

bus

bus maximorum aprorum, ſed eſſe *tenuiores & tortos*, λεπτότεροι δὲ, inquit, καὶ διάστροφοι. quæ minus recte vertuntur: *corpore magis ſunt graciles, & in quancumque partem verſatiles.* de dentibus enim hæc tantum etiam intelligenda. hinc mox addit Philoſtratus, καὶ τὴν αἰχμὴν ἄτρεπτοι, h. e. *& acie firmi ſunt* (illi dentes.) Totum itaque locum Latine ſic vertas: *Atque lucrum afferunt iis qui dracones ceperunt & oculi & pellis & dentes: Sunt autem* (dentes ſc.) *cetera quidem ſimiles maximorum aprorum dentibus, ſed tenuiores & torti, acieque firmi, ut ſunt magnorum piſcium.*

Idem lib. IV. c. 17. ubi narrat, Apollonium, cum ad Piræeum appuliſſet, & aſtu tenderet, obvios habuiſſe quoſdam, qui cum ipſo ſermones cædebant, inter quos νεανίσκοι, inquit, δὲ ὁμοῦ δέκα περιτυχόντες αὐτῷ, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν ἐκείνην ἔφαζον &c. Quæ verba ſic expreſſit Interpres Lat. *Adoleſcentes quoque decem ſimul ei oblati, per Minervam, inquiebant, iſtam* &c. Verum quidem eſt, voculam ὁμοῦ ſignificare *ſimul*; ſed non ſemper eam habet ſignificationem: quando enim apponitur vocibus numeralibus, denotat *prope, pene, circiter.* unde Heſych. Ὁμοῦ, σχεδόν. atque ita Dionyſ. Halic. l. III. p. 163. Ὁμοῦ πεντακόσια ἔτη, *annos circiter quingentos.* Idem lib. V. p. 340. Ὁμοῦ πετρακοσίων διαγενομένων ἐτῶν, *elapſis annis circiter quadringentis.* Lucian. Dial. *Diog. Crat.*

Antisth. &c. --- ὃς τάλαντα ἔχων ὁμῦ χίλια, h. e. *qui cum talenta circiter mille possideres.* male vulgo vertere solent, *qui cum talenta mille haberes coacervata.* illud ὁμῦ non construi debet cum τῷ ἔχων, sed cum χίλια. Latine *admodum* hoc sensu dicitur. Livius Epit. l. LV. *Decem annos admodum habens.* Vertas hic apud Philostr. νεανίσκοι ὁμῦ δέκα, *adolescentes fere decem*, vel *circiter decem.*

CAP. VIII.

Alia quaedam Philostrati illustrantur. Versio corrigitur. Quid θρασύνεσθαι πρός τινα. *Philostratus emendatur. Æschylus non contraxit histrionum* ἀντιλέξεις, *sed earum auctor fuit.*

LIb. v. cap. 19. narrat Philostratus, mœrore affectum Demetrium, cum videret Musonium fodientem Isthmum, & dixisse ad eum Musonium: Quid vero fecisses, si me quoque sicut Neronem cithara canentem vidisses. Tum addit Philostratus: Καὶ ἐάσθω τὰ Μȣσωνίȣ, πλείω ὄντα καὶ θαυμασιώτερα, ὡς μὴ δοκοίην θρασύνεσθαι πρὸς τὸν ἀμελῶς αὐτὰ εἰπόντα. Quæ in hunc modum reddidit Interp. *Sed Musonio gesta hic quidem nobis prætermittenda sunt, ut quæ plurima sint maximaque, ne audacius me gerere videar, ut qui parum curiose ea edisseram.* Et in Notis hæc habet V. Cl.: „Putabam tangi „scriptorem aliquem sua ætate notum à Philo-

„strato

„strato nostro, qui de Musonii rebus scripse-„rit, πρὸς ὃν θρασύνεσθαι nolit, de iisdem agen-„do. Suspicio tamen mihi erat pro ἀμελῶς le-„gendum esse ἐμμελῶς, ut sensus sit, nolle no-„strum, quæ studiose tractaverit alius atque „diligenter, obiter tractare, quod omnino „θράσους esset. At *incuriose* ab alio tractata re-„tractare οὐδὲν θρασύ. Verum dum amplius „cogito, ferre visa est phrasis Græca, quod „in versione exhibui, ut opus mutatione sit „nulla. Mihi sane etiam mutatione nulla hic opus videtur, nec tamen ferre phrasis Græca id quod id versione exhibuit Vir Cl., sed hoc potius: *Et missa faciamus Musonii dicta, quippe quæ plura sunt & mirabiliora; ne audacius me gerere videar erga eum qui incuriose illa dixerit.* Primo τὰ Μουσωνίου verto potius, *Musonii dicta*, quam cum Interprete, *Musonio gesta.* Secundo πρὸς τὸν ἀμελῶς αὐτὰ εἰπόντα, nequaquam verti possunt: *ut qui parum curiose ea edisseram:* nam πρὸς τὸν εἰπόντα pendet à θρασύνεσθαι. atqui θρασύνεσθαι πρός τινα, est *audacia uti erga aliquem.* Denique illa τὸν ἀμελῶς αὐτὰ εἰπόντα, referri debent ad Musonium.

Lib. VI. Cap. 11. de Æschylo dicit: Τὴν τέχνην ἣ ὁρῶν ἀκατάσκευόν τε καὶ μήπω κεκοσμημένην. ἢ μὲν ξυνέστειλε τοὺς χοροὺς ἀποτάδην ὄντας, ἢ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις ἀιρείας, παραιτησάμενος τὸ τῶν μονῳδιῶν μῆκος· ἢ τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησεν, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοι. Versio La-

tina: *Videns autem artem incompositam atque parum comtam, partim choros contraxit nimis dilatatos, partim histrionum diffusas nimis responsiones, prolixitatem sermonis ab uno continuati aversatus: partim ut post scenam morerentur excogitavit, & ne in conspectu omnium cædes committerentur.* In Notis dicit Cl. Olearius, se ex conjectura restituisse εὐρείας, cum vulgo legeretur εὐρεῖν, quod nullum sensum habere sibi visum, qui jam planus: nempe Æschylus, inquit, non chorum tantum contraxit, verum & sermones actorum prolixiores. Sed illud ἀντιλέξεις satis refellit emendationem Viri Cl: ante Æschylum enim in usu non erant ἀντιλέξεις histrionum, unde non potest ille dici contraxisse τὰς ἀντιλέξεις τῶν ὑποκριτῶν. Æschylus vero vitavit & rejecit μονῳδιῶν, sive unius personæ sermonum continuatorum longitudinem, quapropter excogitavit ἀντιλέξεις histrionum, h. e. responsiones, sive ut histriones sibi invicem responderent, inter se verba facerent. hoc dicere voluit Philostratus, scripsitque is, ἢ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις εὗρεν. pro quo verbo εὗρεν, vulgo perperam legebatur εὐρεῖν, & Cl. Olearius ex conjectura restituit εὐρείας. Adde quod Synonymum hujus verbi εὗρεν mox sequatur ἐπενόησεν. Denique totius periodi ratio requirit hic verbum modi Indicativi. Singula enim membra quæ incipiunt à vocula ἢ, habent verbum aliquod ejusmodi,

quod

quod pariter hic est, si legas εὗρεν. Apta & elegans hæc est structura: ἡ μὲν ξυνέστειλε τοὺς χοροὺς --- ἡ δὲ τὰς τῶν ὑποκριτῶν ἀντιλέξεις εὗρεν, ἡ τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησεν· Si vero legas εὑρείας, secundum illud ἡ non habet verbum quod sequitur.

Lib. IV. cap. II. de Vulcani operibus mirandis inter alia dicitur: οὐδὲ ἐπὶ ταῖς δμωαῖς αἰτίαν ποτὲ εἶχε ταῖς χρυσαῖς, ὡς διαφθείρων τὰς ὕλας, ἐπειδὴ τὸν χρυσὸν ἔμπνουν ἐποίει. i. e. *Neque ob conflatas ex auro ancillas dica unquam ei est scripta, quasi metalla corrumpenti, eo quod aurum fecisset animatum.* Ad quem locum doctissimus Interpres in Notis; „Varia inquit Vulcani opera quibus vita & spiritus inesse visa „commemorat Eustathius ad Iliad. Σ. vers. 375. „sed nulla ibi ancillarum istarum ex auro conflatarum mentio. Sed respexit Auctor ad locum Homeri, qui est vers. 417. ejusdem libri:

--- ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι
Χρύσειαι ζωῇσι νεήνισιν εἰοικυῖαι.
Τῇς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, ἐν δὲ καὶ αὐδὴ
Καὶ σθένος.

Ancillæ vero validis ibant passibus sustentantes regem aureæ vivis adolescentulis similes. Quibus quidem mens inest in præcordiis, inest & vox & vis. Eundem hunc Homeri locum spectavit quoque Longinus περὶ ὕψους p. 254. in Fragmentis: --- Οἶμαι μὲν, ὡς οὐδ' εἰ τοῦ

Ἡφαίστου τις ἂν τύχοι τριπόδων, καὶ θεραπαινῶν, ὧν φησιν Ὅμηρος τοὺς μὲν αὐτομάτους χωρεῖν, τὰς δὲ συνεργάζεσθαι τῷ δεσπότῃ, καὶ μηδενὸς, οἷον ζῶντες ἔχουσι πλεονεκτημάτων ἀπολείπεσθαι, μή τί γε δὴ τῶν ἐκ ταυτομάτου ψηγμάτων. i. e. *Atqui ego quidem ita existimo, si quis vel ipsius Vulcani tripodes & ancillas possideat, de quibus Homerus fabulatur, suapte illos ad Deorum ministeria accurrere, hasce vero laboranti hero suo operam ac manus commodare, neque ullis, quæ vivis adsunt, copiis atque facultatibus fuisse destitutas, nihil hæc ei profutura, nedum ut fortuito minutissimorum corpusculorum adjuvetur concursu.*

CAP. IX.

Explicantur tria loca Philostrati, quæ ab Interpretibus minus recte constructa & intellecta videntur. Ἐφυμνεῖν *est* accinere, *non* facere accinere. Παριστάναι χορὸν *est* exhibere chorum. Ἐωνῆσθαι *non est ab* ὄνημι prosum, *sed ab* ὠνέομαι, emo. *& passivum more Attico pro activo sumitur.* Λείπεσθαί τινος *est* inferiorem esse aliquo. Ἐπὶ θύραις εἶναι τινὸς τόπου *vel* πόλεως, *ut &* ἀγχίθυρον εἶναί τινι, *est* propinquum & vicinum esse alicui.

PHilostr. l. VII. c. 14. *Si mens*, inquit, *eligat ea quæ bona sunt, eum hominem ducit conscientia ad omnia templa, & omnes hominum sedes cum plausu & cantu:* ἐφυμνήσει δὲ αὐτῷ καὶ καθεύδοντι παραστᾶσα χορὸν εὔφημον ἐκ

τῦ τῶν ὀνείρων δήμυ. Quæ verba hoc modo vertuntur: *Quin & dormienti adsistens, accinere jucundissimum chorum è somniorum gente jubebit.* Et in notis Cl. Olearius: „Transitive, in„quit, accipio, ut passim accipienda sunt ver„ba activa; & construo cum χορὸν: *jubebit ac„cinere chorum.* Vix alio modo sanam constru„ctionem, & integrum sensum tuebimur. *Fa„cere enim ut accinat suavissimus chorus è „somniorum gente*, est *jucunda somnia immit„tere.* Hactenus Vir. Cl. Sed mihi nequaquam opus videtur, ut transitive accipiatur verbum ἐφυμνήσει. Satis sana est constructio, & sensus integer, dummodo recte instituatur constructio, quæ hæc est, prout jacent verba Græca, ἐφυμνήσει δὲ αὐτῷ παραστᾶσα χορὸν &c. Accusativus χορὸν non pendet a verbo ἐφυμνήσει, sed a participio παραστᾶσα, quod non vertendum *adsistens*, sed *exhibens*. præterea dativus αὐτῷ pertinet ad ἐφυμνήσει. Τὸ ἐφυμνεῖν cum dativo construi solet. Ita igitur verto verba: *Quin & dormienti ei accinet, exhibens chorum jucundissimum è somniorum populo.*

L. VII. c. 36. in initio: Δυοῖν γὰρ ἡμέραιν δεδεμένυ τῦ ἀνδρὸς, ἀφικνεῖταί τις ἐς τὸ δεσμωτήριον, τὸ προσελθεῖν αὐτῷ ἐωνῆσθαι φάσκων, ξύμβυλος δὲ σωτηρίας ἥκειν. Versio Lat. *Cum jam biduo virum vincula habuissent, in carcerem venit nonnemo, si copia sibi cum eo loquendi fiat, cum insigni ejus id futurum esse conjunctum emolumento,*

mento, inquiens, se enim saluti ipsius consulturum adesse. Parum intellecta Interpreti hæc verba, τὸ προσελθεῖν αὐτῷ ἐωνῆσθαι φάσκων. putavit enim τὸ ἐωνῆσθαι esse ab ὀνέω vel ὄνημι *prosum, emolumentum* vel *commodum affero*, cum sit ab ὠνέομαι *emo*: cujus præteritum passivi usurpant Attici in significatione activa, ut apud Comicum *in Pluto*. Vertas itaque mecum potius verba: *Quum jam biduo in vinculis fuisset homo, venit aliquis in carcerem, dictitans pecunia se acquisivisse potestatem accedendi ad ipsum, & venire se cum consilio salutis.*

Lib. VIII. c. 15. Ἐπειδὴ δὲ ἥκειν ἐπιστεύθη, οὐδ' ἐπ' Ὀλυμπιάδα οὐδεμίαν μετέωρος οὕτω ξυνήει ἡ Ἑλλὰς, ὡς ἐπ' ἐκεῖνον τότε. Ἦλις μὲν γὰρ καὶ Σπάρτη αὐτόθεν, Κόρινθος δὲ ἀπὸ τῶν τοῦ Ἰσθμοῦ ὁρίων. Ἀθηναῖοι δὲ εἰ καὶ Πελοποννήσου ἔξω, ἀλλ' οὐκ ἐλείποντο τῶν πόλεων αἳ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης. Vertitur: *Postquam vero ejus adventui fides est facta, nulla unquam Olympiade ita erectis animis confluxere Græci, quam tunc quidem hominis visendi causa. Elienses enim ibi* [fuere] *& Spartani, & Corinthii ex Isthmi finibus extremis. Athenienses quoque, licet extra Peloponnesum constituti, nec ipsi tamen desiderabantur inter urbes, quæ ad Pisæ accedebant portas.* Et ad verba illa, αἳ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης, hæc fere adnotavit Cl. Olearius: „*fontem* fuisse „in Elide hoc nomine, & urbem nonnulli tra„didere, à qua & regio nomen habuerit. Χωρίον

„igitur

„ igitur vel τόπος hic intelligitur in Elide, ubi „ & Jovis Olympii templum, & ἄλσος, & „ locus certaminibus destinatus. Stephanus: „ Πίσα ἐστὶ καὶ χωρίον, ἐν ᾧ ὁ τοῦ Διὸς ναὸς ἵδρυται, καὶ ὁ „ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν πλεῖται. hinc Πίσα Διὸς apud „ Pindarum &c. Urbem autem hic nemo suspi- „ cabitur eo quod θυρῶν mentio. Nempe ut „ Polemon apud Schol. Pindari ad Ol. I. Πίσα „ τόπος ἐστὶν ὑπὸ ὑψηλῶν χθῶν περιεχόμενος: „ qualium προσόδους atque accessus πύλας & θύρας „ appellitant. Nisi malis per Πίσαν hic ipsum in- „ telligi templum Jovis Olympii, quod ita ap- „ pelletur Pindari exemplo; ad cujus θύρας fre- „ quentes adfuerint, spectandi Apollonii cau- „ sa, qui, ut paulo ante dictum, in eo diversa- „ batur: id quod magis mihi probatur. Diffi- cultas est in verbis postremis, Ἀθηναῖοι δὲ εἰ καὶ Πελοποννήσου ἔξω, ἀλλ' οὐκ ἐλείποντο τῶν πόλεων αἳ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης. Quæ ita vertenda cen- seo: *Athenienses quoque, licet extra Pelopon- nesum, nihilo tamen secius adventabant, quam civitates quæ propinquæ sunt Pisæ.* Observan- da loquutio, λείπεσθαί τινος, quæ significat *minorem* vel *inferiorem esse aliquo.* sic lib. VIII. c. 30. καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοὺς οἱ Κρῆτες μήτε τῶν ἄρκτων, μήτε τῶν ὧδε ἀγρίων λείπεσθαι: *eosque Cretenses neque ursis neque aliis immanibus belluis pu- tant esse inferiores.* ita hic: οὐκ ἐλείποντο τῶν πόλεων est, *non minores, non inferiores erant urbibus*, h. e. nihilo minus confluebant quam

civitates &c. Præterea quod attinet ad illa, αἳ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης: per θύρας nequaquam intellige προσόδους sive accessus Pisæ, multo minus ostia vel portas templi Jovis Olympii. sed loquutio hæc ἐπὶ θύραις εἶναι hic est impropria, denotatque *propinquum esse*, *prope esse*, quod Lat. etiam *præ foribus esse* dicitur. Quod hic locum habere patebit ex ἀντιθέσ. opponuntur enim Atheniensibus longius à Pisa remotis urbes quæ prope sive vicinæ sunt Pisæ, atque illæ dicuntur ἐπὶ θύραις εἶναι τῆς Πίσης. Simili locutione Philostr. *de Vitis Sophistarum* l. 1. p. 518. dicit, ἀγχίθυρος γὰρ τοῖς ἔθνεσι τούτοις ἡ Σμύρνα: *nam vicina his gentibus fuit Smyrna*. & l. 11. p. 613. ἐπειδὴ ἀγχίθυρος ἁπάσαις ἡ Σμύρνα, *quandoquidem Smyrna omnibus propinqua erat*.

CAP.

CAP. X.

Explicatur locus in Epistola Apollonii VII. Ἁλία *non est* navicula piscatoria, *sed* salinum, *&* ἁλίαν τρυπᾷν, terebrare salinum, *Proverb. pro* parce ac tenuiter vivere. *quod simili proverbio* ἅλα λείχειν *dicitur. Illustrantur alia quædam ex Epistolis Philostrati. Vinum odoratum non male comparatur* ἄνθει. *ab Atticis vocatur* ἀνθοσμίας. *Quid* ὀχεῖν *&* ἐποχεῖν τὸ ποτήριον *vel* τὴν φιάλην τρισὶ δακτύλοις. *Vetus lectio ut proba Philostrato restituitur duobus in locis. Quid sit* βλέπειν ὑγρῶς *&* βλέμμα ὑγρόν. Λῆμα *est* animus, fortitudo.

IN Epistolis Apollonii hæc habentur *Epist.* VII. Ἐμοὶ δ' εἴη τὴν ἁλίαν τρυπᾷν ἐν Θέμιδος οἴκῳ. Int. *At mihi contingat piscatoriam illam navem tuam terebrare in Themidos domo.* Et in Notis V. Cl. postquam dixerat ἁλίαν significare vas in quo sal conterebant, addit: At ἁλιὰς *naviculam piscatoriam* notat, ut ex Suida &c. patet. quam ἁλίαν eodem jure dici non dubito, quemadmodum ἁλία & ἁλιὰς *salinum vas* appellatur. Sensum itaque putavi esse, Apollonium velle in *domo justitiæ*, h. e. justitia annuente, terebrare *navem*, qua piscetur opes Euphrates, imposturis scilicet ejus palam omnibus factis. Hactenus Olearius. Sed licet ἁλιὰς naviculam piscatoriam significet, non sequitur eodem jure etiam ἁλία idem denotare. Multum enim differunt sæpe significatu voces in ας desinentes ab iis quæ in α desinunt.

ἁλία nusquam ita reperitur pro *navi piscatoria*: atque phrasin illam τρυπᾶν τὴν ἁλίαν, verti posse *terebrare navim piscatoriam*, vix crediderim, nec etiam, fateor, intelligo, quid sit *terebrare navim piscatoriam*. Quare alia vocis & usitata significatio, quæ est *salini*, retinenda etiam hic: & ἁλίαν τρυπᾶν plane eadem proverbialis locutio Gr. quæ Lat. *terebrare salinum*, ut Persius *Sat*. v.

Varo regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si vivere cum Jove tendis.

Alio proverbio dicunt Gr. ἅλα λείχειν, & Lat. *salem lingere*. vide Erasm. in Adagiis. utrumque proverb. notat *parce ac tenuiter vivere*. Sensus verborum Apollonii itaque est, Ἐμοὶ δὲ εἴη ---. *Mihi liceat salinum terebrare in Themidis domo*; mihi liceat tenuiter victitare ex iis quæ juste possideo: Κρείσσων inquit Parœmiographus Sacer, ψωμὸς μεθ' ἡδονῆς ἐν εἰρήνῃ, ἢ οἶκος πολλῶν ἀγαθῶν καὶ ἀδίκων θυμάτων μετὰ μάχης.

In Epistolis Philostrati Ep. XXIII. ad copam aliquam: *Omnia*, inquit, *tua me excitant* --- καὶ τὰ ἐκπώματα, ὡς Ἥρας ὄμματα, καὶ ὁ οἶνος, ὡς ἄνθος, καὶ τῶν τριῶν δακτύλων αἱ συνθέσεις, ἐφ' ὧν ὀχεῖται τὸ ποτήριον, ὥσπερ αἱ τῶν φύλλων τῶν ἐν τοῖς ῥόδοις ἐκβολαί. Vocabulum ἄνθος parum huic loco opportunum censet Vir Cl. & pro eo legi mallet ἀμβρόσια. Sed bene factum quod

addi-

addiderit, nisi audax nimium sit conjectura. Mihi sane audacior videtur, nec video cur non sit opportunum ἄνθ☉. recte vinum odoratum confertur ἄνθει, & ab Atticis vocatur ἀνθοσμίας. Thom. Mag. Ἀνθοσμίας οἶν☉, οὐχ εὔοσμ☉. Comic. *Ran.* p. 266.

Διόνυσε πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν.

Pergit dein in eadem metaphora, quando tres digitos copæ, quibus ea sustinebat poculum, comparat ταῖς τῶν φύλλων τῶν ἐν τοῖς ῥόδοις ἐκβολαῖς. Ceterum quando trium digitorum meminit, quibus sustinebat poculum illa mulier, eo significare voluit, apte admodum & decore potuisse eam vinum infundere & poculum tradere. Sic enim solebant optimi pincernæ. Apud Xenoph. I. Κ. Παιδ. c. 12. de Medorum Regum pincernis hoc legimus; Οἱ δὲ τῶν βασιλέων τούτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχοοῦσι, καὶ καθαρείως ἐγχέουσι, καὶ διδόασι τοῖς τρισὶ δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην, καὶ προσφέρουσιν ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν. ubi nota bene, τρεῖς δακτύλοις ὀχεῖν τὴν φιάλην, quemadmodum hic. & videtur respexisse eum Xenophontis locum Philostratus. Sic apud Heliodorum Theagenes, κερασάμεν☉ εὐρυθμόν τι καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἐποχῶν τὴν φιάλην.

Epist. XXIV. ad eandem: Ἐξ ὑέλου μὲν τὰ ἐκπώματα, αἱ δὲ σαὶ χεῖρες ἄργυρον αὐτὰ ποιοῦσι καὶ χρυσὸν, ὡς καὶ τούτοις τὸ βλέπειν ὑγρῶς παρὰ τῶν σῶν ὀμμάτων εἶναι. Vertitur: *E vitro quidem pocula*

ſunt, tuæ tamen manus in argentum atque aurum illa convertunt, ut ipſis etiam delicata mollicies à tuo contactu accedat. Et in Notis Cl. Int. „ἀμμάτων, inquit, ex ingenio reſti„tui pro ὀμμάτων, quod editi habebant: alie„num profecto ab hoc loco. Nam de manibus „loquitur vitrum tenentibus, à quibus molli„ties quaſi delicata vitro tranſmittatur: manu„um vero ἄμματα, nec quidquam eis cum ὄμ„μασι. Eſt vero τὸ ὑγρὸν carnis & cutis deli„cata mollities, imo & ipſorum membrorum. Meo vero judicio ſatius fuiſſet retinere lectionem receptam quæ habet ὀμμάτων. quam vocem mox in hac ipſa epiſtola iterum adhibet Auctor, ἐμοὶ δὲ μόνοις πρόπινε τοῖς ὄμμασι. & epiſt. ſeq. Τὰ μὲν ὄμματά σου διαυγέστερα τῶν ἐκπωμάτων. dein: καί μοι δοκεῖς τὸ ὕδωρ φέρειν ὡς ἀπὸ πηγῶν τῶν ὀμμάτων. Jam dicit hic Auctor: *Ex vitro quidem ſunt tua pocula, ſed manus tuæ, quibus ea tenes, faciunt illa argentea & aurea, & oculi tui quibus ea contueris, faciunt ea mollia & mobilia aſpectu.* Vertenda itaque verba, ὡς καὶ τούτοις τὸ βλέπειν ὑγρῶς παρὰ τῶν σῶν ὀμμάτων εἶναι, *ut etiam hiſce* (poculis) *udus & mollis ſit aſpectus ex tuis oculis.* non vero, ut Cl. Int. *ut ipſis etiam delicata mollities à tuo contactu accedat:* nam τῷ βλέπειν ὑγρῶς non poteſt deſignari *delicata mollities.* βλέπειν ὑγρῶς proprie dicitur de Venere & feminis luxurioſis, meretricibus, quibus eſt *oculorum mobilis*

petu-

petulantia, ut Petronius loquitur. Anacreon *Ode* XXVIII.

Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,
Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθήνης,
Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.

vertit Barneſ.

Aſpectum deinde oculorum nunc, ut re-
vera habet,
Ex igni facito,
Simul nempe *cæſium, ut Minervæ,*
Simul lubricum & pætum, ut Veneris.

Lucian. *Imagin.* p. 7. καὶ τῶν ὀφθαλμῶν δὲ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ &c. *& oculorum mobilitas cum hilaritate.* Et ea quæ ſequuntur hic apud Philoſtratum, ſatis confirmant ſenſum hunc. ſic enim pergit: ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον τὸ διειδὲς, καθάπερ τῶν ὑδάτων τοῖς ἑστηκόσι· τὰ δὲ ἐν τοῖς προσώποις ἐκπώματα τῇ τε ἄλλῃ ὑγρότητι εὐφραίνειν ἔοικε, καὶ τῇ συνέσει τῶν φιλημάτων. ubi opponuntur inter ſe *oculi* copæ & ejus *pocula:* & poculis tribuitur inanimatum & immobile pellucidum inſtar aquarum ſtagnantium; pocula vero quæ in facie ſunt, i. e. oculi, delectare dicuntur tum alia mollitie, tum oſculorum intelligentia. Ex dictis patet, τὸ βλέπειν ὑγρῶς quando de poculis dicitur, non poſſe eſſe ab ἀμμάτων, ſed ab ὀμμάτων. retine itaque hanc vocem.

Idem *Epiſt.* XLII. p. 933. Δάναός σοι πατὴρ, χεὶρ

χεὶρ ἐκείνη καὶ βλέμμα φονικόν: *Danaus tibi pater est, & manus illa & aspectus cædes spirant.* Et in Notis ad vocem βλέμμα, „Sic, „inquit Cl. Int., ex conjectura rescripsi, id enim „ei quod præcesserat, εἰ μὴ κακός εἰμι φυσιογνω-„μονεῖν, optime convenit. Editi λῆμα habebant. „In margine scriptum erat λῆμμα Interpres „vertit *animus*, quasi θέλημα legisset. At vera omnino est lectio in editis λῆμα, pro qua voce vitiose λῆμμα, duplici μ, in margine scriptum erat. quod vitium passim ab librariis commissum reperitur. est enim λῆμα *animus*, *fortitudo.* Hesych. Λῆμα, βουλή, ἀξίωμα, ἀνδρεία καὶ φρόνημα. Schol. Aristoph. ad *Ran.* p. 235. Λῆμά ἐστι τὸ φρόνημα, λημάτιας οὖν, μέγα φρονεῖς. In *Thesmophor.* p. 790.

Ἕτερον αὖ τι λῆμα τοῦ
Κομψότερον ἔτ' ἢ τὸ πρότερον ἀναπέφηνεν.
Altera rursus hæc animi fortitudo
Comptior adhuc quam prior apparuit.

Optime itaque vetus Interpres reddiderat *animus.* non tamen legit θέλημα, uti suspicatus est Vir Erudit., sed λῆμα, quod originem suam debet verbo λάω, *volo, cupio.* Quare verba Philostrati sic vertas: *Danaus tibi pater, manus illa & animus cædem spirans.*

CAP.

CAP. XI.

Ex Jamblicho de Vita Pythagoræ quædam examinantur & illustrantur. Καὶ ταῦτα *formula est quæ conditionem auget. Lectio Jamblichi vulgata vindicatur, nova tantum distinctione juvatur. Emendatur Jamblichus.* Ἀκορία *est intemperantia cibi. Recepta lectio retinetur tribus in locis. Quid* μηδοτιοῦν. *Versio Lat. emendatur.* Θύματα ὀρνίθεια *sunt sacrificia Gallinacea. Vetus lectio ut proba defenditur.*

IAmblich. V. P. p. 13. Καὶ ταῦτα διηνεκοῦς καὶ σεσυρμένου παρὰ προσδοκίαν, εὐθύ τινος τι συμβάντος αὐτοῖς τοῦ πλοῦ &c.] Putat Cl. Interpres, hic excidisse μετὰ, & legendum esse, Καὶ μετὰ ταῦτα. Salvo Viri Doctissimi judicio, non ego statuerim, hic excidisse voculam μετὰ; sed ita scripsisse Jamblichum, Καὶ ταῦτα. Est autem hæc formula, quæ auget conditionem, significans; *Et quod magis est, vel amplius, idque.*

Cap. v. p. 16. de Pythagora: Γεῦσαι μὲν πάντως ἐβούλετο τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πατριώτας, εἰ καὶ μὴ ἑκόντας. ἀλλ' οὖν ἐπινοίᾳ καὶ μεθόδῳ παρατηρήσας εὐφυῶς τινὰ καὶ εὐκινήτως ἐν τῷ γυμνασίῳ σφαιρίζοντα &c.] Hic adnotavit Vir Cl. particulam connexionis ἀλλ' οὖν, huic loco non quadrare, sed potius τοιγαροῦν vel οὐκοῦν. deinde, quæ sequuntur, commodius sic legi, ἐπινοίᾳ καὶ μεθόδῳ τοιαύτῃ ἐχρήσατο, παρατηρήσας. Sed recte se habet lectio vulgata, nec ulla mutatione aut additamento opus est, modo recte di-

ſtinguantur verba, ſc. Γεῦσαι μὲν πάντως ἐβούλετο τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πατριώτας, εἰ καὶ μὴ ἑκόντας, ἀλλ' οὖν ἐπινοίᾳ καὶ μεθόδῳ· παρατηρήσας &c. h. e. *Volebat utique civibus ſuis dare guſtum pulcritudinis diſciplinarum ſuarum & ſi non volentibus, at certe commento & techna. Obſervans &c.*

Pag. 20. Πυθαγόρας δὲ συνετέλεσε τὴν περὶ τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην, καὶ ταῖς ἀποδείξεσιν αὐτῆς ὅλαις ταῖς ἀριθμητικαῖς καὶ ταῖς γεωμετρικαῖς διέλασεν.] Corrupta hic quædam & tranſpoſita judicavit Doctiſſ. Interpres, qui ſic emendare & in ordinem redigere jubet verba: καὶ αὐτὴν ὅλην ταῖς ἀποδείξεσιν ἀριθμητικαῖς &c. *& totam eam demonſtrationibus Arithmeticis & Geometricis emenſus eſt.* Ego vero hic rurſus nihil muto. Ὅλαις enim recte ſe habere videtur, & pertinere ad ἀποδείξεσιν, ut ſenſus ſit: *omnibus demonſtrationibus arithmeticis & geometricis ſcientiam rerum cœleſtium percurrit ſive emenſus eſt.*

P. 41. Παραγγεῖλαι δὲ καὶ κατὰ πάντα τὸν βίον αὐτάς τε εὐφημεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους ὁρᾶν, ὁπόσα ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσουσι.] Locum hunc quem obſcurum & corruptum judicat Vir Doctiſſimus, ita legendum putat: καὶ τοὺς ἄλλους δρᾶν. ὁπόσα ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσουσι: *Et ut aliis ea faciant, quæ ipſæ pro ſe à Diis expetituræ ſunt.* Pro ὁρᾶν legit δρᾶν & τὸ εὐφημεῖν exponit *precari.* Ad me quod attinet, cenſeo non eſſe mutandum illud

illud ὁρᾷν in δρᾷν. præterea τὸ εὐφημεῖν interpretor *bene dicere de aliquo*, hoc ſenſu, *præcepiſſe* (Pythagoram) *feminis, ut & ipſæ per omnem vitam bona verba dicerent*, (ſive bene loquerentur de aliis.) *& viderent quæ alii bene de ipſis dicerent.* Decepit Interpretes ignorantia Atticiſmi, quo *accuſativus* ponitur pro *nominativo.* ſcil. τοὺς ἄλλους ὁρᾷν ὁπόσα εὐφημήσουσι, pro ὁρᾷν ὁπόσα οἱ ἄλλοι εὐφημήσουσι.

Cap. xx. p. 80. Pythagoras, inquit ibi Auctor, adverſariam ſuæ inſtitutioni ducebat ferociam, ἀγριότητα· ἀκολουθεῖν γὰρ ἀγριότητι ἀναίδειαν, ἀναισχυντίαν, ἀκολασίαν, ἀκυρίαν &c. Obrechtus vertit *ignaviam:* qui proinde ἀργίαν legiſſe videtur. Forte Jamblichus ſcripſerat ἀκράτειαν, inquit Kuſterus. At nec ἀργίαν, nec ἀκράτειαν ſcripſiſſe Jamblichus mihi quidem videtur, ſed ἀκορίαν, quod librarii male corruperunt, ſcribentes ἀκυρίαν. Significat autem ἀκορία *intemperantiam cibi*, quando quis etiam citra ſaturitatem edit. Videantur Lexica.

Pag. 90. --- μήτε θύειν ζῶα θεοῖς, μήτε καταβλάπτειν μηδ' ὁτιοῦν αὐτά.] Vir doctiſſimus hic αὐτὰ mutat in αὐτῶν propter præcedens ὁτιοῦν. Mihi ſecus videtur. Structura enim eſt, μήτε καταβλάπτειν αὐτὰ μηδ' ὁτιοῦν, h. e. *nullo prorſus modo ea* (animalia) *lædere.* μηδ' ὁτιοῦν non pertinet ad αὐτὰ, ſed ad verbum καταβλάπτειν;

τεῖν: signif. *nullo modo, ne minima quidem in parte.* Hesych. Μηδοπῶν, μὴ δὲ τί ποτε. Sic οὐδ᾽ ὁπωςτιοῦν apud Xenoph. Κύρ. π. l. 1. c. 20.

P. 106. Narratur, cum Crotone in ludis publicis grues theatrum supervolarent, & quidam ex iis qui navi illuc appulerant, diceret illi qui proxime adsidebat, Viden' testes; hoc audiens Pythagoreus aliquis, duxit eos in curiam mille judicum, ὑπολαβὼν ὥπερ ἐλέγχοντες τοὺς παῖδας ἐξεῦρον καταπεποντικέναι τινὰς, τοὺς ὑπὲρ τῆς νεὼς πετομένας γεράνους μαρτυρουμένους.] Ad quem locum doctiss. Interpres fatetur se non videre quid hic sibi velit τὸ ὑπολαβὼν &c. & pro ὥπερ ἐλέγχοντες τοὺς legit ὅπου ἐλέγχοντες αὐτοὺς. Ego vero servaverim illud ὑπολαβὼν, & sana omnia esse putaverim, si modo pro ὥπερ levi mutatione legas ὅπερ; h. sensu, *suspicans* (Pythagoreus sc.) *quod examinantes judices invenerunt.* h. e. Pythagoreus ille suspicabatur ita rem se habere, uti judices examinando vel vel interrogando reos compererunt. sc. demersos esse quosdam ab iis.

Pag. 123. --- καὶ τίς ἦν ὁ παραδεδωκὼς Πυθαγόρᾳ τὸν περὶ θεῶν λόγον· λέγει γάρ· Ο δὲ περὶ θεῶν Πυθαγόρα τῶ Μνησάρχω, τὸν ἐξέμαθον, ὀργιασθεὶς ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις, Ἀγλαοφάμου τελετὰς μεταδόντος, ὡς ἄρα Ὀρφεὺς ὁ Καλλιόπας &c.] Totum hunc locum ita legendum censet Interpres nuperus V. Cl. --- λέγει γὰρ, ὅτι τὰ περὶ θεῶν Πυθαγόρας ὁ Μνησάρχω ἐξέμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν

Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις, Ἀγλαοφάμω τελετὰς μεταδιδόντος (ὑφ᾽ οὗ καὶ ἐδιδάχθη vel simile quid) ὡς ἄρα Ὀρφεὺς ὁ Καλλιόπας &c. Quod τελετὰς in textu reposuit pro vitioso illo πέλουτα, omnino probo: sic enim Proclus in Timæum Platonis, quem locum apposite huc adduxit. In reliquis vero nihil mutatum velim, nisi ut pro ἐξέμαθον legatur ἐξέμαθεν. nam illa ὁ δὲ περὶ θεῶν Πυθαγόρα satis sana sunt. Subintelligendum enim in hisce λόγος, hoc modo: ὁ δὲ περὶ θεῶν λόγος Πυθαγόρα. h. e. *iste vero de Diis sermo Pythagoræ.* nam haud dubie in isto libro, cui Titulus Ἱερὸς λόγος vel Ὁ περὶ θεῶν λόγος, ex quo hæc citantur, præcesserat alius sacer sermo, sive περὶ θεῶν λόγος cui subjiciebatur hic περὶ θεῶν λόγος Pythagoræ. Præterea illud τὸν ante ἐξέμαθεν, quod ejecit V.D., satis innuit præcedere debere vel intelligi λόγον, quo referatur articulus τόν. Denique sic ante illa ὡς ἄρα Ὀρφεὺς &c. non opus est poni, ὑφ᾽ οὗ καὶ ἐδιδάχθη, vel simile quid. subintellige modo verbum substantivum ἐστίν. Atque ita totus locus intellectu fit facilis. sc. *Ille vero de Diis (sermo) Pythagoræ Mnesarchi filii, quem didicit initiatus in Libethris Thraciis, initia tradente Aglaophamo, est, quod sc. Orpheus Calliopes filius &c.*

P. 124. Cum, inquit, Abaris suo more sacris operaretur, & excultam ab omnibus barbaris futurorum præscientiam quæreret, διὰ θυμά-

θυμάτων, μάλιστα τῶν ὀρνιθείων] Hic Interp. habet *avium*. Pro *avium* malim dicere *gallinaceorum*, ut θύματα ὀρνίθεια sint sacrificia gallinacea. passim enim ὄρνιθες κατ' ἐξοχὴν dicuntur *Gallinæ*. Gloss. ὄρνις κατ' οἶκον, *Gallina*. Ὀρνίθειος, *Gallinaceus*. Ὀρνιθὼν, *Gallinarium*. Eurip. Herc. Fur. vers. 72. --- οὓς ὑποπτέρους σώζω νεοσσοὺς ὄρνις ὡς ὑφειμένη. Luc. XIII. 34. ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν &c. Proverb. ὀρνίθων γάλα, *lac gallinaceum*. Confirmat valide sententiam meam id quod mox sequitur de Pythagora censente sacrificia sine sanguine & mactatione esse offerenda, ἄλλως τε καὶ ὅτι ἱερὸν ἡγεῖτο εἶναι τὸν ἀλεκτρυόνα ἡλίῳ. En, quod primo ὄρνιθος vocabulo vel θυμάτων ὀρνιθείων expressum, id dein voce ἀλεκτρυόνος effertur.

P. 177. de Abaride, ἀπὸ τῶν ἐν ἀμηχάνοις --- παραγιγνομένων δαιμονίων τινῶν καὶ θείων εὐεργετημάτων ἐπειρᾶτο συμπείθειν, ὡς ἐστι θεία πρόνοια, πᾶσαν ἐλπίδα ἀνθρωπίνην καὶ δύναμιν ὑπεραίρουσα.] Nequaquam hic locus Interpretibus intellectus, qui sic vertunt: *& ex iis quæ humanis viribus averruncari nequeunt ---. & atrocibus calamitatibus, quæ Dæmonum quorundam aut Deorum operatione immittuntur, persuadere conatus est, esse utique divinam providentiam &c.* Sed an παραγιγνόμενα καὶ θεῖα εὐεργετήματα sunt *atroces calamitates quæ hominibus immittuntur à Diis aut Dæmonibus?*

bus? Videns Cl. Kusterus non facile hanc interpretationem pati posse verba Græca, aliam eorum lectionem instituit, sc. pro παραγιγνομένων legit γινομένων & pro εὐεργετημάτων, νουθετημάτων, ut sign. admonitiones sive castigationes divinas, quæ fiunt immissis calamitatibus. Sed non sollicitanda vox παραγιγνομένων, multo minus εὐεργετημάτων. loquitur enim Auctor de beneficiis quæ à Diis vel dæmonibus conferuntur in homines tempore graviorum calamitatum, quando liberant homines ab iis malis, à quibus ope humana liberari non poterant. Ex his εὐεργετήμασι divinis probare voluit Abaris providentiam Divinam, quæ hominum potentiam longe superet.

CAP. XII.

Examinantur quædam Luciani loca in Dialogis Mortuorum. Interpres notatus in phrasi οὐδενὸς αὐτῷ μέλει. Præfertur Mst. lectio in verbo ἐμέλλησας, & aliis exemplis ostenditur, illud sæpe ita elliptice poni, ut verbum infinitivi modi quod præcessit, in eo repeti & intelligi debeat. Οὐδ' εἰ *eleganter ponitur post negativam. Quid* συλλαμβάνειν ἐπὶ θανάτῳ. *Rursus notatus Interpres.*

IN Luc. Dial. *Charont. Menip. & Mercur.* sub finem. Ἀγνοεῖς, inquit Mercurius, ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας, ἐλεύθερον ἀκριβῶς, κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει. οὗτός ἐστιν ὁ Μένιππος.] Verba illa, κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει, vertunt, *nec quicquam ipsi curæ*

curæ est. Mavelim ego, *neminem curat*. illud οὐδενὸς non ad πρᾶγμα, ſed ad perſonam referri debere videtur. Sic in *Euang*. Marci cap. XII. verſ. 14. Phariſæi & Herodiani dicunt Jeſu: Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός: *Magiſter, novimus, te veracem eſſe, & non curare quemquam.*

In Dial. *Ajacis* & *Agamemnonis* in principio: Εἰ σὺ μανεὶς, ὦ Αἴαν, σεαυτὸν ἐφόνευσας, ἐμέλησας δὲ καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, τί αἰτιᾷ τὸν Ὀδυσσέα;] Pro ἐμέλησας, quod nihili eſt, & tamen omnes occupavit editiones, conjecit ὁ πάνυ Græviu, ſcribendum ἐμέλιπας, hoc ſenſu; *Si tu, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipſe interfeciſti, noſque omnes concidebas, quid Ulyſſem accuſas?* Ajax enim furore percitus pecudes jugulabat, & cum in illas graſſaretur, putabat ſe Græcorum obtruncare duces. Ego tamen præfero lectionem, quam Mſtos habere teſtatur Vir Cl. modo laudatus, ſc. ἐμέλλησας, ut ſubaudiatur φονεύειν ex præcedenti, h. e. *interfecturus eras*. Simili plane modo loquuti ſunt alii. Dio Chryſoſt. *Orat.* LXIV. de Alexandro: Ἀπέκτεινε δὲ Κλεῖτον τὸν σοφὸν, --- καὶ διδάσκαλον Καλλισθένην, καὶ Ἀριστοτέλην ἐμέλλησε, καὶ Ἀντίπατρον ἐβουλεύσατο. Julian. *Orat.* I. pag. 33. ὧν τοὺς μὲν ἀνῄρηκε, τοὺς δὲ ἐμέλλησεν. & pag. 44. καὶ τιμὰς ἐπ᾽ αὐτοῖς τὰς μὲν ἐχαρίσω, τὰς δὲ ἤδη μέλλεις. In quibus exemplis ſubintelligendum verbum quod præceſ-

ſit,

ſit, ut Ἀριστοτέλην ἐμέλλησε pro Ἀριστοτέλην ἀποκλεῖναι ἐμέλλησε. & τοὺς ἢ ἐμέλλησεν pro τοὺς ἢ ἀνελεῖν ἐμέλλησε.

Eodem Dialogo in fine: τὸν γοῦν Ὀδυσσέα μὴ οὐχὶ μισεῖν οὐκ ἂν δυναίμην ὦ Ἀγάμεμνον, οὐδ' εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι.] Poſtrema illa, οὐδ' εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι, minus recte vertuntur ab Interpretibus: *etſi ipſa Minerva hoc nolit*. Tu verte: *non ſi ipſa mihi Minerva hoc imperaret*. Sic eleganter poſt negationem ponitur οὐδ' εἰ. Homer *Iliad*. ε. verſ. 644.

Οὐδέ τέ σε Τρώεσσιν ὀΐομαι ἄλκαρ ἔσεσθαι
Ἐλθόντ' ἐκ Λυκίης, οὐδ' εἰ μάλα καρτερός ἐσσι.

ſic Lat. *non ſi* ſequitur negationem. Liv. lib. VII. cap. 10. *Injuſſu tuo Imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non ſi certam victoriam videam.* Idem lib. XXXVIII. cap. 57.

Dial. *Alexandri, Annib. Min. Scip.* inter alia de Alexandro dicit Annibal, καὶ ἐμιαιφόνει ἐν τοῖς συμποσίοις τοὺς φίλους, καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ.] Hæc ſic vertuntur vulgo: *& amicorum cæde convivia contaminavit, & interficientibus opem tulit*. Equidem non poſſum non mirari, quomodo phraſin συλλαμβάνειν τινας ἐπὶ θανάτῳ reddere potuerint, *interficientibus opem ferre*. Συλλαμβάνειν quidem cum dativo ſignificat *opem ferre*, ſed non cum accuſativo, ut hic: nam τοὺς φίλους non tantum ad ἐμιαιφόνει pertinet, ſed etiam ad συνελάμβανεν.

βανεν. Est autem συλλαμβάνειν τινα *aliquem capere, comprehendere.* Sed quî illud ἐπὶ θανάτῳ denotare poterit *interficientibus?* hoc inauditum est. Mihi nihil aliud est quam *ad mortem.* Ergo συλλαμβάνειν τινα ἐπὶ θανάτῳ est ad verbum, *aliquem comprehendere ad mortem*, h. e. ut ad mortem ducatur, vel, mortis supplicio afficiatur. Eandem phrasin habet Diodorus Sic. lib. XVI. p. 513. φοβούμενος δὲ αὐτὸν ὁ Διονύσιος ἔκρινεν ἐκ ποδῶν ποιήσασθαι τὸν ἄνδρα, συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ. Ceterum Τὸ συνελάμβανεν hic est συλλαμβάνειν ἐκέλευε, *comprehendi jubebat*, vel *comprehendebat per alios.* ut apud Ælian. V. H. XIV. 49. de Philippo, Ἀφθόνητον ἐμαστίγωσεν, *Aphthonetum flagris cecidit*, nimirum per alium suo jussu. Vide ibi Cl. Perizonium.

CAP. XIII.

Ex Luciani Timone aliisque Dialogis quædam illustrantur. ἐν τοσούτῳ, interea. Ἀπρὶξ ἔχεσθαι *firmiter tenere. Locus Theocriti à prava distinctione liberatur. Interpres Luciani notatus.* Προσίεσθαι *non est* adire, *sed* admittere. *Quid* διαφέρεσθαι ἐν τοῖς λόγοις *&* πλείοσι κρατεῖν. Διαγνώσομαι *sensu activo usurpatur.*

APud Lucianum *in Timone* pag. 79. πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσται αὐτοῖς] Interpres: *Quanquam vel id supplicii satis magnum in istis fuerit.* Ego malim: *Veruntamen*

runtamen satis magna interim & hæc ipsis erit pœna. Omisit Interpres illa ἐν τοσούτῳ, quæ signif. *interea.* Auctor noster in Dial. *Panopes & Galen.* Ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με ὦ Πανόπη ἀκύματον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος: *Nam me Neptunus jusserat, Panope, tranquillum interea servare pelagus.* & paullo post, Ἡ Ἔρις δ' ἐν τοσούτῳ &c. In *Contemplant.* p. 352. ἐν τοσούτῳ δ' ἐπαιρέσθων, ubi perperam Interpres: *verum adeo in sublime attollantur.* Debebat: *interim autem in sublime evehantur.* i. e. dum adhuc vivunt, ante mortem. habet iterum in *Symposio*, ubi Scholiastes exponit μεταξύ.

In *Necyomant.* pag. 328. ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν.] i. e. *firmiter ac tenaciter adhærentes illi* (pecuniæ) *ita ut ab ea divelli nequirent.* Habet phrasin hanc Theocrit. *Idyll.* xv. vers. 68. Sed perperam distinctus & ab Interprete acceptus est ille versus etiam in nova edit. Oxon.

Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες ἀπρίξ· ἔχευ Εὐνόα ἀμῶν.

Omnes una confertim intremus: adhæreto nobis Eunoë.

Distingue: Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ Εὐνόα ἀμῶν.

& verte: *Omnes simul intremus: firmiter adhæreto nobis Eunoë.*

Idem *Idyll.* xxiv. vers. 54.

Ἤτοι ἄρ ὡς εἴδοντ' ἐπιτίτθιον Ἡρακλῆα
Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα.

Sane ut viderunt Herculem parvulum belluas duas tenaciter manibus teneris prementem. habet etiam Ælianus V. H. I. 3. de rana Ægypt. καλάμου τρύφος ἐνδακὼν, πλάγιον φέρει, καὶ ἀπρὶξ ἔχεται, *demordens frustum arundinis, obliquum fert & firmiter tenet.* Heliodor. *Æthiop.* lib. x. cap. ult. ἀπρὶξ ἐχόμενος καὶ οἱονεὶ συμπεφυκὼς, *firmiter hærens & tanquam congenitus.*

In *Vitarum Auct.* pag. 376. Καὶ ἀκοινώνητος εἶναι θέλε, μὴ φίλον, μὴ ξένον προσιέμενος.] h. e. ut vertit Interpres, *& sine ullo commercio esse velis, neque amicum neque hospitem adeundo.* Tu vero postrema illa mecum potius verte: *neque amicum, neque hospitem admittendo.* nam προσίεσθαί τινα non est *adire aliquem*; sed *aliquem ad se admittere, aditum conveniendi dare alicui.* Ælian. lib. IX. V. H. cap. 3. Κλεῖτος δὲ, εἴποτε μέλλοι τισὶ χρηματίζειν, ἐπὶ πορφυρῶν βαδίζων εἱμάτων, τοὺς δεομένους προσίετο. *Clitus vero, si quando auditurus erat quosdam, inambulans stragulis purpureis, admittebat desiderantes.* & passim alibi apud Eundem & alios.

In *Reviviscentibus* p. 403. διαφερόμεθα ἐν τοῖς λόγοις] Verterim hæc, *in opinionibus discrepamus*, potius quam *rationibus*, ut Interpres. mox sequitur, ἐν ταῖς προαιρέσεσι διαλλάττειν, quod idem est. In eadem pag. paullo post occurrit, πλείοσι γὰρ κρατῆσαι βούλομαι. inepte id

id Interpres reddidit, *plures volo vincere.* ignoravit ellipticam loquutionem, in qua deest ψήφοις, ut sit, *pluribus calculis vincere.* sic ἁπάσαις κρατεῖν dixit Auctor pag. 413. Sed vide quæ dixi in Ellipf. V. Ψῆφος.

In eodem Dial. pag. 416. non tetigit iterum scopum Auctoris Interpres in his verbis: Χρὴ δὲ ὑμᾶς σκοπεῖν, ὅντινα τρόπον ἀγνοούμενα ταῦτα πεπαύσεται, καὶ διαγνώσονται οἱ ἐντυγχάνοντες, οἵτινες οἱ ἀγαθοὶ αὐτῶν, καὶ οἵτινες αὖ πάλιν οἱ τοῦ ἑτέρου βίου, *Ceterum oportet vos considerare, quo pacto desinent hæc ignota esse, & dignoscentur, qui tecum consvescunt, quinam illorum sint boni, quinam contra alterius sint vitæ.* Postrema verba ita erant convertenda: *Et dignoscent ii, qui in eos* (Philosophos) *incidunt, quinam eorum sint boni, quinam mali.* ut ex sequentibus satis liquet. Plerumque in media forma & sensu activo occurrit διαγνώσομαι pro *dignoscam.* sic pag. 425. διαγνώσομαι τίς καὶ πόθεν &c.

CAP. XIV.

Luciani quædam loca perperam ab Interpretibus intellecta explicantur. Γαλεὸς *non est* felis, *sed* piscis, canis marinus. *Quid* ἀνατείνειν *&* Ἐπαίρειν τὰς ὀφρῦς. Ἐπὶ *cum dativo pro* post. ἐπάγειν *pro* ἐπάγειν βίον. Διατιθέναι τινά τι, *est aliquem hoc vel illo modo* tractare.

IN *Reviviscentibus* p. 418. Cum *Parrhes.* dixerat, ἀλλ' ὁρῶ τινα λάβρακα εὖ μεγέθη, μᾶλλον ἢ χρυσόφρυν. *Libert.* οὐκ. ἀλλὰ γαλεός ἐστι.] Quæ postrema reddidit Interpres: *Minime, felis est.* Sed quis unquam audivit, γαλεὸν esse *felem*, & feles in mari capi? Discimus ex Æliano *H. An.* I. 45. γαλεὸν esse genus canis marini, qui est κατεστιγμένος & ποικίλος, qualis hic intelligitur. Hinc mox Parrhesiades, capto γαλεῷ dicit, τίς εἶ ὦ βέλτιστε ἰχθύων· Κύων οὗτός γε. Sic enim legendum pro ἄυων corrupta voce, dudum conjeceram. & jam ante quadriennium ferme vidi in Specimine Novæ Editionis Luciani, quam parare Cantabrigiæ in animo habebat Vir doctissimus Moses Du Soul, juberi pro ἄυων scribi κύων, auctore codice Longoliano. id quod meam conjecturam valide confirmat.

In Cataplo p. 425. Καὶ ὁ Αἰακὸς ἀνατείνας τὰς ὀφρῦς.] Ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς, non est *contrahere supercilia*, ut Interpr. hoc enim Græci dicunt συνάγειν ὀφρῦς, estque iratorum, qui torvo vul-

vo vultu aliquem intuentur, ut apud Comicum in *Pluto* p. 77.

Ὀφρῦς συνῆγον, ἐσκυθρώπαζον θ' ἅμα.

sed ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς est *attollere supercilia ad frontem*, ut Cicero loquitur, quod arrogantiæ & gravitatis est. Hoc in Dialog. Mortuorum *Charontis* &c. dicitur ἐπαίρειν τὰς ὀφρῦς, his verbis: Ὁ σεμνὸς δὲ ἐτος ἀπό γε τοῦ σχήματος, καὶ βρενθυόμενος, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκώς. hoc est, *sublatis superciliis*. perperam ibi vertitur etiam *contractis superciliis*. Pag. seq. in eodem Dial. dicitur, ὑπὲρ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας (ὀφρῦς) ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ ἀνατείνων ἑαυτόν.

Ibidem p. seq. τοὺς ἀκλαύστους ἐπὶ τούτοις ἐμβιβασώμεθα] Vertunt, *cum his indefletos introducamus*. Rectius dicas, *post hos*. Sic in sequentibus hujus pag. τοὺς τραυματίας ἐπὶ τούτοις παράγαγε, *saucios adducito post hos*. ἐπὶ autem cum *dativo* significare *post* constat. Xenoph. K. Π. II. II. Καὶ τάξας δῆτα ἐπ' αὐτῷ (*post eum*) ἄνδρα νεανίαν.

In *Conscribenda Historia* pag. 617. de morte Severiani scripsisse ait Historicum quendam, ceteros omnes deceptos fuisse, qui putarunt ipsum gladio interfectum esse. ἀπέθανε γὰρ ὁ ἀνὴρ, pergit, σιτίων ἀποσχόμενος· τοῦτον γὰρ αὐτῷ ἀλυπότατον δόξαι τὸν θάνατον, οὐκ εἰδὼς ὅτι τὸ μὲν πάθος ἐκεῖνο πᾶν τριῶν οἶμαι ἡμερῶν ἐγένετο. ἀπόσιτοι δὲ καὶ ἑπτὰ διαρκοῦσιν οἱ πολλοὶ, ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦθ' ὑπολάβοι τις, ὡς Ὀσρόης εἱστήκει περιμένων ἔστ' ἂν

Σεβηριανὸς λίμῳ ἀπόληται, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐπήγαγε διὰ τῆς ἑβδόμης.] Senſus verborum eſt, *Severianum intra triduum mortuum fuiſſe, quum inediam ad ſeptimum uſque diem perferant plerique: niſi ſi quis putet adſtitiſſe Oſroëm, & expectaſſe, donec fame enectus eſſet Severianus, & propterea eum non produxiſſe vitam per hebdomada.* Interpres poſtrema ſic reddiderat: *& ob hoc eum per ſeptem dies in aciem non eduxiſſe:* Verum hoc denotare ἐπάγειν, unde didicerit ille, neſcio. Eſt ἐπάγειν hic abſolute poſitum pro ἐπάγειν τὸν βίον, h. e. *inſuper agere vitam, producere vitam*, quemadmodum ἄγειν & διάγειν abſolute etiam uſurpantur ſine voce βίον.

In *Gymnaſiis* pag. 271. Anacharſis Soloni: Ὑμῖν ταῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα καὶ τερπνά, ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι διαθείη, εἴσεται, ὡς οὐ μάτην διεζώσμεθα τὸν ἀκινάκην. Vertunt: *Hæc ſint vobis utilia & jucunda. quod ad me attinet, ſi quis veſtrum tale quid mihi proponat, intelliget me non fruſtra acinace accinctum eſſe.* Verum διατιθέναι τινά τι, non eſt *aliquid proponere alicui*, ſed *hoc vel illo modo aliquem afficere, tractare*, & ſæpe *vexare, male tractare, male mulcare.* Auctor in hoc ipſo Dialogo infra pag. 297. μήτε τυράννου βιαζομένου, μήτε πολεμίων διατιθέντων, *neque tyranno vim faciente, neque vexantibus hoſtibus.* Interpres ibi quoque non expreſſit, qui habet, *imminentibus.*

& in

& in *Pseudologista* pag. 445. τοιαῦτά με διατίθης, *ita me tractas*. Demosthenes, ἴστε γὰρ δήπου ὃν τρόπον Ὀρχομενίους διέθηκε, *nostis enim quomodo tractaverit Orchomenios, quibus incommodis affecerit eos.* Mens itaque Anacharsidis hoc loco est: *Si quis vestrum me tali modo tractaverit.*

CAP. XV.

Lucianus aliquot locis illustratur. Ἐπιμελεῖσθαι *specialiter* ægrotos *vel* saucios curare. *Interpres notatur.* Κοιτὶς *non est* cubile, *sed* cista *vel* arca vestiaria. Μύοντα βαδίζειν *est* clausis oculis incedere. Οἱ κρείττονες *sunt* Dii. Κατέσβη *passive notat* extinctum est. *Quid* ἀπολογεῖσθαι τοῖς παροῦσιν.

IN *Dialog. Meretr.* pag. 526. de Megilla: Χρόνῳ δὲ ἡ Μέγιλλα ὑπόθερμος ἤδη οὖσα, τὴν μὲν πηνήκην ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς, ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία καὶ προσφυὴς, καὶ ἐν χρῷ ὤφθη αὐτὴ, καθάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν, ἀποκεκαρμένη.] Quæ sic Latina fecit Interpres: *Ceterum cum jam incaluisset Megilla, galericulum quidem a capite removit, ipsa autem incumbebat similis & æquiparanda athletæ alicui vehementer virili & robusto, & cute ad vivum detonsa.* Deceptus fuit verbis ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία καὶ προσφυὴς, quæ de ipsa *muliere* intellexit, quum sint de *coma* ejus *ascititia* intelligenda, hoc sensu: *Capiti demsit comam ascititiam,*

titiam, quam impositam habebat valde similem & aptam: atque ipsa visa est instar robustissimorum athletarum cute ad vivum detonsa.

De *Morte Peregrini* pag. 570. Εἶτα παραγνομήσας τι καὶ ἐς ἐκείνους, ὤφθη γάρ πως οἶμαι ἐσθίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς.] Accusat hic Tanaq. Faber Auctorem, quod Christianorum legem non noverit, & confuderit Judaicos ritus cum Christianorum lege. Verum salvo doctissimi ejus Critici judicio, illud ego quidem heic non video: nam per illa ἀπόρρητα τοῖς Χριστιανοῖς, quæ ederit Peregrinus ille, intelligi possunt εἰδωλόθυτα, vel αἷμα vel πνικτὸν, quæ primis Christianis ex decreto Apostolorum erant ἀπόρρητα. Et ab iis diligentissime sese abstinuisse Christianos docent veteres Patres.

In *Fugitivis* pag. 594. ἐντειλάμενος ἐπιμεληθῆναι.] verto: *dato negotio, ut eos curarem vel sanarem.* Verbum ἐπιμελεῖσθαι κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur de iis qui ægrotos vel vulneratos curant. ita in *Sympos.* pag. 655. Διόνικος ἐπεμελεῖτο, de quo paullo ante, ἀκεσαμένου τὸ τραῦμα. mox pro eo bis hic utitur Lucianus verbo ἰάσασθαι. hinc ἐπιμεληταὶ dicti, οἱ τοὺς τετρωμένους ἐν πολέμῳ ἐθεράπευσαν. V. Hesych. hinc etiam ἴασις & ἐπιμέλεια occurrunt ut synonyma apud LXX. *Proverb.* III. 8. & 22. τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου.

In *Epistol. Saturnal.* pag. 621. ἐν ταῖς κοι-

τίσι

τίσι καὶ κίσαις εὐρῶτι πολλῷ καταστιπῆναι.] *sinere ut in cubilibus ac scriniis multa carie putrescant* (vestimenta sc.) sic habet Interpres. Putavit ille, κοιτὶς esse *cubile*, ut κοίτη; sed κοιτὶς est arcula, in qua corporis ornamenta vestesque pretiosiores recondi solebant. Hesych. Κοιτὶς, ἡ μικροτέρα κίστη, ἐν ᾗ ὁ γυναικεῖος κόσμος ἀπετίθετο. & Pollux *Onomast.* lib. x. cap. 31. Ἵνα δὲ ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες, χηλοὶ, κιβώτια, κίσται καὶ κιστίδες, ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσιν Ἀριστοφάνης, κοῖται, κοιτίδες.

Pag. 630. --- εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν.] Perperam vertitur, *si pauperes abirent taciti.* nam μύοντες βαδίζειν dicuntur *qui clausis oculis incedunt.* μύειν enim hic est claudere oculos, quod aliter καταμύειν & καμμύειν. Recte itaque Scholiastes hic, μύοντες, καμμύοντες, τουτέστιν ὀφθαλμοὺς κλείοντες. atque ita recte sequitur, *nonne id vos ureret, quum sic non haberetis, quibus purpureas vestras vestes ostenderetis?* nam licet pauperes taciti irent per plateas, tamen videre poterant vestes pretiosas divitum; sed si clausis oculis, non.

Pag. 636. ἐδεξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων.) hoc est, *& ut Deorum quempiam exceperunt.* non vero, ut verterat ille, *& ut quempiam ex præstantioribus salutarunt.* ita infra in *Charidemo* pag. 787. πῶς οἱ κρείττους ἔχουσι περὶ τούτου. ubi iterum perperam, *qui potiores habentur.* sequitur ibi paullo post, οὕτω δὲ περισπούδαστον

τοῖν θεοῖς. Item p. 789. τὸ γὰρ ὅτω μὲν περιφανῶς ὑπὸ τῶν κρειττόνων τετιμημένον, ὅτω ἢ τοῖς ἀνθρώποις θεῖον &c. & p. 795. Sic passim auctores alii. Hesych. οἱ κρείττονες, οἱ θεοί.

Pag. 640. καὶ τοῦτο μὲν ὧδέ πως ἐκεχωρήκει, μεγάλης αἰσχύνης ἄξιον τῷ Κλεοδήμῳ γενόμενον, εἰ ἔφθη διαφοιτῆσαν εἰς ἅπαντας, ἀλλὰ μὴ κατέσβη αὐτίκα.] Illud μὴ non mutandum censeo in μὴν, ut voluit Marcilius, nec κατέσβη vertendum *active*, ut fecit Interpres, sed *passive*: Activum enim hujus verbi sæpe sensum habere passivum apud optimos quosque Auctores, docuit Stephanus. hic igitur erit verborum sensus: *Si prius ad omnes permanasset ea res, & non statim fuisset extincta.*

Pag. 644. ταῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι.] Erasm. *atque his quidem de rebus hæc responderem.* Sed putem ego, τοῖς παροῦσιν non posse reddi, *de his rebus*; verum esse masculinum, & subaudiri ἀνθρώποις vel συμπόταις. Nam jusserat Etœmocles, ut hæc sua epistola palam præsentibus omnibus convivis recitaretur, ut pag. 643. hinc pag. 646. ὁρῶν τοὺς παρόντας γελῶντας ἐφ' ἑκάστῳ. Quare verba ita reddo: *Hæc ego præsentibus* (convivis) *pro defensione dixi.*

CAP.

CAP. XVI.

Ex Aristide nonnulla illustrantur, & Canteri versio quibusdam in locis notatur & corrigitur. Δέχεσθαι & προσίεσθαι *recte junguntur.* Γίνεσθαι πρός τινι πράγματι *est* agere aliquid. Καιρὸς *pro eo* quod decet *aut* par est. Κύριοι *&* αὐτοκράτορες ποιεῖν τι, qui potestatem habent aliquid faciendi. Ἀποκρύπτειν *pro* præstare *vel* dignitate superare.

ARistides *Hymno in Jovem* pag. 1. Σὺ δὲ δέξαι καὶ ὥσπερ ἔσωσας εὐμενῶς καὶ πρό σου τὰ χαριστήρια.] Vertit Canterus: *Tu vero qua benignitate salutem nobis tribuisti, eadem & gratiarum actionem accipe.* Non quidem adeo male, quod ad sensum; sed non expressit voculas πρό σου, forsan quia alienæ ab hoc loco videbantur, uti revera etiam sunt. Legendum una voce πρόσου, imperat. a προσίεσθαι *admittere.* Sic pag. 101. in fine Orat. in Serapim: τόν τε ὕμνον τόνδε --- πρόσου φαιδρῶς, χαριστήριον μὲν ἐκείνων τῶν ἔμπροσθεν. Optime itaque junguntur hæc duo, δέξαι καὶ πρόσου, *accipe & admitte, ne repudia.*

Ibidem: Καί τοι πρὸς αὐτῷ γινόμενος, οὐκ ἔχω τίς γένωμαι.] Int. *Enimvero postquam in rem præsentem veni, omnino quid agam nescio.* Respexisse videtur Canterus ad Hymnum ipsum, sive Orationem, quasi hanc intellexisset Aristides. Mihi vero videtur Aristides intendisse votum illud quod fecerat Jovi, quum

dicit, πρὸς αὐτοῦ γινόμενος &c. quæ verto: *Licet, quum id agerem* (h. e. quum votum illud facerem:) *quid egerim nesciam.* Nota, quod non γίνωμαι, sed γένωμαι dixerit Auctor: Præterea, quod opponatur mox, ἀλλὰ νῦν μοι δοκῶ &c.

Pag. 12. πόῤῥω τοῦ καιροῦ] i. e. *ultra quam decet*, sive *par est.* Καιρὸς eleganter pro *eo quod par est.* Sic Aristides in Panathen. pag. 207. Xenophon Ἱππικῇ cap. 8. πολὺ πλεῖον τοῦ καιροῦ, *majus multo quam oportet.* & cap. 9. εἴποτε συμβαίνει θυμοειδεστέρῳ ἵππῳ τοῦ καιροῦ χρῆσθαι, *si quando contingit ut animosiore quam par est utatur equo.* ibid. paullo post, θᾶττον ὁρμώμενον τοῦ καιροῦ. *citius impetum facientem quam decet.* iterum cap. 10.

Pag. 16. ἀρχηγέτην καὶ τέλειον] Nota hic obiter, simili loquendi genere Christum Dominum ab Auctore Epistolæ ad Hebræos cap. XII. 2. appellari ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν τῆς πίστεως ἡμῶν.

In *Orat.* II. *in Minervam* pag. 19. Δεξιὰν κατὰ χεῖρα τοῦ πατρὸς αὐτὴν καθεζομένην, τὰς ἐντολὰς τοῖς θεοῖς ἀποδέχεσθαι.] Sic Callimachus de Apolline, Hymno in Eum vers. 30.

--- Διὶ δεξιὸς ἧσται.

Pag. 25. τῆς τέχνης καὶ τῆς προαιρέσεως.] Canterus: *tum artis venatoriæ, tum consilii.* Male. per τέχνην enim non *artem* intelligit *venatoriam*, sed *obstetricandi*, & per προαίρεσιν, *institutum manendi in virginitate*, non *consilium.*

lium, id quod ex antecedentibus & consequentibus satis colligitur.

In *Orat*. III. *Isthm*. pag. 45. διὰ δυοῖν δὶς εἰς ἓν συνιούσῃ.] Interp. *qui* (conventus) *post singula biennia semel habetur*. In δυοῖν subintell. ἐτοῖν, ut pag. 41. οὐχ ἣν διὰ δυοῖν ἐτοῖν συμπληροῖ αὐτῇ τὸ Ἑλληνικὸν καθάπερ ἡ παροῦσα αὕτη. Sed quod sequitur, δὶς εἰς ἓν συνιούσῃ, non recte percepit Canterus; significat enim, *bis in unum convenit*.

Orat. VII. *in Serapim* pag. 90. Καὶ εἰσὶν αὐτοκράτορες ὅ,τι ἂν βούλωνται ποιεῖν.] Eleganter αὐτοκράτορες & κύριοι ποιεῖν τι dicuntur, *qui potestatem habent faciendi aliquid*. Sic pag. 98. ex poëta: οὗτος κύριος ἢ μὲν παυέμεν, ἢ δ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσιν. & in *Panathen*. p. 233. οὐκ ἔσονται κύριοι σφίσιν αἱρεῖσθαι τοὺς ἡγεμόνας.

In *Panathen*. pag. 222. ἀπέκρυψε τοῖς ἔργοις τὰς ἀπειλὰς] hoc est, *factis longe superavit minas*. Ἀποκρύπτειν eleganter usurpatur, de iis quæ aliis *præstant*, & *dignitate superiora sunt*, per quæ obscurantur & quasi absconduntur alia. sic pag. 364. πάντα ὑπὸ τούτων ἀποκρύπτονται, *omnia ab his superantur*. & pag. 459. πρότερον μὲν κάλλει καὶ μούσαις ἁπάσας πόλεις ἀποκρύπτουσα, *prius pulcritudine & studiis literarum omnes superans urbes*.

CAP.

CAP. XVII.

Πρόσοδοι, Supplicationes. Τὸ Κρεῖττον *est* Numen. *Aristides emendatur. Ejus versio notatur.* Πρός τινος εἶναι *dicitur eleganter pro* esse alicujus, *sive* convenire alicui.

PAg. 257. πανηγύρεις καὶ πρόσοδοι τοῖς θεοῖς ἦσαν.] Πρόσοδοι vocantur *supplicationes* quæ fiunt Diis, uti docuit Illustr. Ezech. Spanhemius ad Callimachi *Hymnum in Jovem* pag. 3. qui adduxit locum Aristophanis in *Nub.* cui addo hæc sequentia. Apud Aristidem nostrum pag. 322. αἱ δι' ἔτους θυσίαι καὶ πρόσοδοι. & pag. 418. in *Cyzic.* θυσίαι καὶ πομπαὶ καὶ πρόσοδοι. Apud Xenoph. lib. VI. Ἀναβάσ. p. 371. αἱ πρὸς τοὺς θεοὺς πρόσοδοι.

Pag. 271. ὡς μὴ δοκεῖν τύχῃ μᾶλλον, ἢ τῷ τοῦ κρείττονος λόγῳ τὸ ἔργον κριθῆναι καὶ νῦν καὶ πρότερον.] Canterus: *ut jam non fortuna favente potius quam fortitudine res utrasque gessisse viderentur.* At τὸ κρεῖττον nusquam quod sciam, *fortitudinis* significatu occurrit, verum *numinis* sæpe. Ælian. V. H. III. I. οὕτως ἄρα ἡ τιμὴ ἡ περὶ τὸ κρεῖττον, ἐκθεοῖ τὸν τόπον: *Ita vero assidua Numinis veneratio locum efficit sanctum:* Sic οἱ κρείττονες sunt *Dii*, ut dixi ad Lucianum. Hoc loco haud dubie τὸ κρεῖττον etiam est *numen.* atque verba Aristidis hoc modo vertenda censeo: *ut non videatur fortuna potius quam numinis ratione creta res esse & nunc*

nunc & antea. paullo enim ante dixerat Auctor: καί μοι δοκεῖ θεῶν τιν@· εὔνοια καὶ σπουδὴ πρὸς τὴν πόλιν συσκευασθῆναι τοῦτο τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν δράματι.

Pag. 326. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοιαῦτα] Est formula apud Græcos, quæ Latine exprimitur, *Sed hæc hactenus.* Æſchylus in *Prometh. Vincto* p. 33. Ed. Steph. Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Ariſtoph. *Pluto* in principio, Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Idem in *Nub.* ταῦτ' ἄρα ταῦτα. Plato lib. III. *de Legib.* in principio, Ταῦτα μὲν οὖν δὴ ταῦτα. Philoſtrat. *Vita Apollon.* lib. VII. cap. 31. Ἐπὶ τοσοῦτον μὲν δὴ ταῦτα.

Orat. in Romam pag. 341. Ἔθος τοῖς πλέουσιν καὶ ὁδοιποροῦσιν.] Obſervanda diſtinctio inter τὸ πλεῖν & ὁδοιπορεῖν. Prius de *navigatione*, poſterius de *itinere terreſtri* dicitur. Sic etiam ὁδὸς & πλοῦς diſtinguuntur. Ælian. V. H. II. 14. de Xerxe: ἑαυτῷ δὲ εἰργάζετο καινὰς ὁδοὺς καὶ πλοῦν ἀήθη. De eodem Xerxe Lyſias *Orat. Funebri* cap. 9. ὑπεριδὼν καὶ τὰ φύσει πεφυκότα, καὶ τὰ θεῖα πράγματα, καὶ τὰς ἀνθρωπίνας διανοίας, ὁδὸν μὲν διὰ τῆς θαλάσσης ἐποιήσατο, πλοῦν δὲ διὰ τῆς γῆς ἠνάγκασε γενέσθαι, ζεύξας μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξας δὲ τὸν Ἄθω. *Deſpectis iis quæ natura ſunt, & divinis rebus, & humanis cogitationibus, viam quidem per mare fecit, navigationem vero per terram fieri coëgit, juncto Helleſponto, & perforato Atho.*

In *Orat. Sicul. Prior.* pag. 1. Καὶ γὰρ οὔτε φύσει

σει πρὸς ἀνδρὸς σώφρονος &c.] i. e. *nam neque natura est viri prudentis.* Præpositio πρὸς cum casu secundo *officium* notat, sive *pertinere* & *convenire.* Aristophan. *Pluto* pag. 39.

Πρὸς ἀνδρὸς ἐδὲν ὑγιὲς ἐς' εἰργασμένε.

Est hominis qui nihil admisit sani.

ubi Scholia vetera: Ἡ πρὸς ἐνταῦθα ἔτι περιττή ἐστιν, ὥς οἴονταί τινες, ἔτι ἀντὶ τῆς ὑπὸ κεῖται· ἀλλὰ τὸ καθῆκον σημαίνει, ὡς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, Οὐ πρὸς ἰατρῦ σοφῦ θροεῖν ἐπῳδάς. Idem Comicus in *Ranis* pag. 237.

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστι
Νῦν ἔχοντος καὶ φρένας.

Hoc viri est sapientis & cati.

Isocrates *Plataic.* sub finem: Ἀλλὰ τήν γε χώραν ἐ πρὸς ὑμῶν ἐστιν ἀνασχέσθαι πεπορθημένην: *sed regionem tolerare vastatam esse, vestrum non est.* Arrianus de *Expedit. Alexand.* lib. I. cap. 14. Καὶ τῦτο ἔτε πρὸς Μακεδόνων τῆς δόξης, ἔτε πρὸς τῆς ἐμῆς ἐς τὲς κινδύνες ὀξύτητος ποιῦμαι. Quæ verba sic vertuntur: *Neque id ego per Macedonum gloriam, perque meam in adeundis periculis promtitudinem & alacritatem commiserim.* Malim ego: *Atque hoc neque Macedonum gloriæ, neque meæ in adeundis periculis alacritati convenire existimo.* vel, *hoc neque Macedonum gloriæ, neque meæ in adeundis periculis alacritatis esse statuo.* qua phrasi utitur Cæsar L. IV. B. G. cap. 17. *neque suæ neque Populi Romani dignitatis esse statuebat.*

Joseph.

Joseph. lib. VI. *Bell. Jud.* cap. 31. πρὸς δὲ τῆς εὐκλείας τὸ τάχος, *sed ad gloriam pertinere celeritatem.* ubi perperam Interpres habet, *sed celeritatem ante gloriam duci.*

CAP. XVIII.

Anacreon quibusdam in locis illustratur. Λέγειν *&* ᾄδειν *poëtis sunt* ἰσοδυναμοῦντα. Δὲ *poëtis pro* καί. Ἠχεῖν *de barbito sive lyra. Daceria laudatur.* Τί δ' ἐστὶ σοί; *quid tua refert?*

ANacreon *Ode* I.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.

Recte ad hunc locum docuit Faber, τὸ λέγειν & ᾄδειν poëtis esse verba ἰσοδυναμοῦντα. Addam locis ab ipso adductis illud Aristophanis in *Nub.* pag. 158.

Οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τἄπη.
Neque senex qui dicit carmina.

Porro in verbis Θέλω δὲ, δὲ ponitur pro καὶ, quod & aliis Poëtis usitatum. Homer. *Iliad.* α. vers. 281.

Εἰ δέ σὺ καρτερός ἐσσι, Θεὰ δὲ σε γείνατο μήτηρ.
Si autem tu fortis es, Deaque te genuit mater.

Sequitur, Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.

ἠχεῖ. Lyræ enim magis conveniunt mollia & amatoria, quam grandia & feria. Horat. Carm. III. *Od.* 3.

Non hæc jocosæ conveniunt lyræ.

& l. II. *Od.* 12. *Nolis longa feræ bella Numantiæ*
Mollibus aptari citharæ modis.

Denique ἠχεῖ dicit de *barbito. barbito* enim vel *lyræ* proprium est ἠχεῖν i. e. fonare. Horat. *Epod.* 17.

Sive mendaci lyra voles fonari.

Ode IX. Ἐρασμίη Πέλεια,
Πόθεν, πόθεν πέτασαι;
Πόθεν μύρων τοσούτων,
Ἐπ' ἠέρος θέουσα
Πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;
Τίς ἐστὶ σοί; Μέλει δέ.

Difficultas est in verfu ultimo, qui variis modis tentatus est a viris doctis. Henr. Stephan. legit, Τί δ' ἐστί σοι μέλημα; Baxter, Τίς ἐστι σοι μεληδών; Faber unice probat conjecturam Stephani. Eruditiffima vero ejus Filia, Τί δ' ἐστί σοι; μέλει δέ. Morellius & Rob. Stephanus ediderunt, Τίς ἐστι; σοὶ μέλει δέ; quod Scaliger ita vertit, *Cupis quis ille fcire? Hoc eft, cupifne tu fcire, quis ille fit à quo miffa fum?* ut fint verba *Columbæ.* & fic etiam Longepierre. Sed Jofua Barnef. putat ita diftingui debere, Τίς ἐστί σοι: μέλει δέ. ut fint verba Poëtæ, adhuc *Columbam* compellantis, in hunc fenfum, Τίς ἐστί σοι δεσπότης; τοῦτο γὰρ μέλει μοι, ἵνα γνῶ.

Quis

Quis tibi Dominus est tam liberalis, id enim aveo scire. Denique V. Cl. J. Clericus in *Biblioth. Sel.* Tom. XI. legit, Τίς ἐστί σοι μελητής; ut dictum sit μελητὴς pro ἐπιμελητής. Ex omnibus hisce diversisque conjecturis atque sententiis maxime adridet mihi ea quæ est doctissimæ Daceriæ legentis, Τί δ' ἐστί σοι; μέλει δέ. sed explico, *Quid tua? Mihi curæ est.* ut illa priora, Τί δ' ἐστὶ σοὶ, sint verba columbæ respondentis ad ea, Πόθεν, πόθεν πέτασαι; &c. illa vero quæ sequuntur, μέλει δέ; rursus loquatur poëta. Significat autem Τί δ' ἐστὶ σοί, *Quid tua refert?* Simile quid apud Aristophanem *Concionatr.* pag. 739.

Ἀν. Αὕτη πόθεν ἥκεις Πραξαγόρα; Πρ. Τί δ' ὦ μέλε
Σοὶ τοῦθ'; Ἀν. ὅ, τι μοὶ τοῦτ' ἐστίν; &c.

Vir. *Heus tu unde venis Praxagora?* Pr. *Quid ô miser hoc ad te?* Vir. *Quid hoc ad me?*

Ode XI. Ἐγὼ δὲ τὰς κομὰς μὲν
Εἴτ' εἰσὶν, εἴτ' ἀπῆλθον,
Οὐκ οἶδα· τοῦτο δ' οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν.

Similiter loquutus est Comicus in *Avibus* pag. 597.

Πει. Τίς τῶν θεῶν; Ἀγγ. Οὐκ ἴσμεν, ὅτι δὲ
εἶχε πτερὰ, τοῦτ' ἴσμεν.

Pi. *Quis Deorum?* Nun. *Non scimus, quod autem haberet pennas, hoc scimus.*

Ode XV. Τὸ σήμερον μέλει μοι·
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;
Ἕως ἔτ' εὐδί' ἐστι,
Καὶ πίνε καὶ κύβευε &c.

Apposita ad hunc locum sunt verba Herculis apud Euripidem in *Alcestide* vers. 782.

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται,
Κοὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται,
Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται,
Τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται,
Κἄστ' οὐ διδακτὸν, οὐδ' ἁλίσκεται τέχνῃ.
Ταῦτ' οὖν ἀκούσας καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα,
Εὔφραινε σαυτὸν, πίνε· τὸν καθ' ἡμέραν
Βίον λογίζου σόν· τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης.

Omnes homines debent mori,
Et nemo mortalium est qui sciat,
An sit victurus in crastinum diem futurum;
Cursus enim fortunæ incertus est quo evadat,
Neque disci potest, neque arte deprehenditur.
Hæc igitur cum audiveris: & didiceris a me,
Exhilara te ipsum, bibe, quotidianam
Vitam tuam ducas esse, reliqua vero fortunæ.

CAP.

CAP. XIX.

Γῆ dicitur πίνειν, quando irrigatur pluvia. Infinitivus etiam sine articulo poëtis pro nomine substantivo ponitur. Alia quædam Anacreontis illustrantur.

ODe XIX. Ἡ γῆ μέλαινα πίνει.] Præter locum *Hebr.* VI. 7. Γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν, a Cl. Barnesio adductum, subjungam quædam alia. LXX. Intt. *Deuter.* XI. 11. --- γῆ ὀρεινὴ καὶ πεδεινὴ, ἐκ τοῦ ὑετοῦ τοῦ οὐρανοῦ πίεται ὕδωρ, *terra montana & campestris, ex pluvia cœli bibet aquam.* Herodot. lib. III. cap. 117. Ἐπὰν ᾖ διάκορος ἡ γῆ σφέων γένηται πίνουσα τὸ ὕδωρ, *quum terra eorum satiata esset bibendo aquam.* Et ut πίνειν dicitur γῆ, sic etiam διψᾶν *sitire.* Philostrat. *Vit. Apoll.* lib. III. c. 5. ὁπότε ἡ γῆ διψῴη, *cum terra sitiret.*

Ode XXIII. Ἵν' ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ.
Λάβῃ τι καὶ παρέλθῃ.

Falluntur Doctiss. Faber ejusque filia in Notis ad hunc locum, judicantes non esse Oden hanc ab Anacreonte, quia hic infinitivus θανεῖν sine articulo pro nomine θάνατος occurrit. At constat satis, poëtas metri gratia sæpe articulum tollere. Sic ipse Anacreon aliquoties, ut ostendit Cl. Barnesius, qui huc adduxit locum Homeri *Iliad.* κ. v. 173. cui hæc addo: Homer. *Iliad.* α. v. 259.

Οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.

Qui excellitis consilio inter Græcos, excellitis etiam pugna.

ubi diserte Eustath. τὸ μάχεσθαι δίχα ἄρθρου ληφθὲν ταυτόν ἐστι τῇ μάχῃ. Æſchylus *Prometh. Vinct.* pag. 46. Edit. Steph.

Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος;

Quid ſane mihi vita lucrum?

ubi ζῆν pro τὸ ζῆν. i. e. ἡ ζωή. Idem verbum θανεῖν paullo poſt ita habet, ut hic Anacreon:

Ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον.

Cui mors quidem non eſt deſtinata.

Sic Anacreon mox in hac *Ode*:

Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,

Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με.

Ad quod dictum adnotetur illud Æſchyli in *Perſis* p. 166.

Ὑμεῖς δὲ πρέσβεις χαίρετ', ἐν κακοῖς ὅμως

Ψυχῇ διδόντες ἡδονὴν καθ' ἡμέραν.

Ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ.

Vos autem ſenes valete, in malis nihilominus

Animo dantes voluptatem quotidie.

Quoniam mortuos nil juvabunt divitiæ.

Ode XXVIII. Γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς,

Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας.

Appoſite ad hæc verba Achilles Tatius lib. 1. p. 17. Λευκὴ παρειὰ, τὸ λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσετο,

ἄτο, καὶ ἐμιμεῖτο πορφύραν. οἵαν εἰς τὴν ἐλέφαντα Λυδία βάπτει γυνή. i. e. *Gena candida, candidum illud in medio rubore tinctum erat, & imitabatur purpuram, quali tingit ebur mulier Lydia.* Idem lib. v. p. 305. Ἦν δὲ τῷ ὄντι καλὴ, καὶ γάλακτι μὲν ἂν εἶπες αὐτῆς τὸ πρόσωπον κεχρῖσθαι, ῥόδον δὲ ἐμπεφυτεῦσθαι ταῖς παρειαῖς i. e. *erat autem vere pulcra, & lacte diceres illitam esse ejus faciem, rosam vero insitam esse genis.*

Eadem *Ode* sub finem:

Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.

Similiter loquutus est Lucianus in *Rhetorum Præcept.* pag. 317. Ἡ ἐσθὴς δὲ ἔστω εὐανθὴς καὶ λευκὴ, ἔργον τῆς Ταραντίνης ἐργασίας, ὡς διαφαίνεσθαι τὸ σῶμα: *Vestis autem sit florida & candida, Tarentini opificii opus, ut transpareat corpus.* Achilles Tatius lib. 1. p. 9. ἡ χλαῖνα πορφυρᾶ, τὸ δὲ σῶμα διὰ τῆς ἐσθῆτος ἐφαίνετο: *læna purpurea, corpus vero per vestem apparebat.* Themist. *Orat.* III. p. 94. Ἀμφιεστο δὲ λευκόν τινα κόσμον ἱκέον διαφανῶν καὶ λεπτῶν ἱματίων, ὥστε πολλαχῆ καὶ τοῦ σώματος διαφαίνειν. Vertitur: *Cæterum pro amictu ornatus ei erat ex pellucida ac subtili veste, adeo ut multis in partibus nudum corpus appareret.* Pro ἱκέον ibi Petavius legit εἰκαῖον, ut significet nullam in ejus cultu affectationem fuisse.

CAP. XX.

Σοφοὶ veteribus appellantur poëtæ. Obiter locus Aristophanis in Nubibus emendatur. Εὐάχητον Doricè pro εὐήχητον.

ODe LIII. Ῥοδόχρους ἡ Κἀφροδίτη
Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.

Poëtas honorifico σοφῶν *sapientum* titulo appellare amant veteres, ut ostenderunt Barnesius & alii. Addam tantummodo locum Plutarchi in *Symp*. v. *Q*. 8. ubi Empedoclem σοφὸν appellat, quum hunc ejus versum protulisset,

Οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι, καὶ ὑπέρφλοια μῆλα.

--- τὰ δὲ μῆλα, inquit, καθ' ἥν τινα διάνοιαν ὁ σοφὸς ὑπέρφλοια προσείρηκει.

Ode LVIII. de Ἔρωτι,

Ὅδε καὶ θεῶν δυνάστης,
Ὅδε καὶ βροτοὺς δαμάζει.

Sic Heliodorus *Æthiop*. lib. IV. cap. II. μέγιστος Θεῶν ὁ ἔρως, καὶ ἤδη καὶ θεῶν αὐτῶν ποτε κρατεῖν λεγόμενος. Similiter de *Venere* & *Amore* Euripid. *Hippol*. verf. 1268.

Σὺ τὰν θεῶν ἀκάμπτον φρένα
Καὶ βροτῶν ἄγεις Κύπρι· σὺν
Δ' ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν
Ὠκυτάτῳ πτερῷ.
Ποτᾶται δ' ἐπὶ γαῖαν, εὐάχητον
Θ' ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον &c.

Tu

Tu Deorum inflexibilem animum
Et hominum ducis O Venus, ſimulque
Puer *varia decorus pluma, circumfuſus*
Celerrimis alis;
Volitat enim ſuper terram & valde re-
ſonans
Salſum ſuper mare.

Dum hæc Euripidis verba deſcribo, ad animum mihi occurrit locus inſignis Ariſtophanis, qui corruptus eſt, & ab eruditiſſimis interpretibus tentatus, ſed infeliciter. Eſt ille in *Nubib.* Act. 1. Scen. 4. in principio, ubi Chorus:

Ἀέναοι Νεφέλαι,
Ἀρθῶμεν φανεραὶ,
Δροσερὰν φύσιν εὐάγητον,
Πατρὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ βαρυαχέος.
Ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ
Δενδροκόμους &c.

Vertit Friſchl. *Perpetuæ Nebulæ,*
Tollamur liquidæ
Madida ſimul & coruſca
Vi, patre ab Oceano, horriſono patre;
Celſorum ſuper ardua montium,
Et juga frondea &c.

Cl. Bentlejus quærit primo, quid ſibi velint iſta, δροσερὰν φύσιν εὐνάγητον. nullam hic eſſe ait ſyntaxin, neque ullum verbum cui adhærere poſſunt. Dein, quid ſit εὐάγητον. quod Suidas & Schol. Ariſtoph. exponant καθαρὰν λαμπρὰν & παντιχοῦ φερομένην, has ait eſſe hario-

 latio-

lationes hominum ad incitas redactorum. Addit præterea, ex Antistropha εὔανδρον γᾶν scire licere, εὐάγητον secundam producere: ergo Doricum esse pro εὐήγητον. at quid hoc ad λαμπρὰν, neque erit πανταχοῦ sed ῥαδίως φερομένην. Legit itaque pro εὐάγητον, εὐγάθητοι, *jucundæ, delectabiles.* vel εὐάντητοι, nimirum nubes, ubi roribus fœtæ, sint εὐάντητοι, ubi tonitribus & procellis, δυσάντητοι merito dicantur. Hactenus Cl. Bentlejus. Quod ad syntaxin attinet, ea mihi videtur tolerari posse, si modo statuatur ellipsis præpositionis κατὰ, ut plene sit, κατὰ δροσερὰν φύσιν εὐάγητον, idque pro ablativ. δροσερᾷ φύσει εὐαγήτῳ. nec offendere aliquem debet, duo adjectiva sine copula apponi uni substantivo. ita supra in hac pag. ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι. & pag. seq. πόντον κελάδοντα βαρύβρομον. adeo ut illud εὐάγητον non mutaverim in nominativum pluralem. Nihilominus vitiosam puto esse vocem εὐάγητον, quia non potest denotare λαμπρὰν & πανταχοῦ φερομένην. nam, ut recte observavit Vir doctissimus, secunda in hac voce debet esse longa, quoniam est Dorica pro εὐήγητον, quod eas significationes non admittit. Quid ergo? Nullus dubito quin legendum sit εὐάχητον. hoc secundam producit, quia est Doricum pro εὐήχητον, *bene sonans, valde resonans*, quomodo Euripides loco citato πόντον vocat εὐάχητον, & Nubes mox versu sequente

patrem

patrem suum Oceanum βαρυαχέα vocant. Facilis autem est lapsus ac permutatio literarum γ & χ tum ratione scriptionis, tum etiam pronunciationis. Apte vero Nubes suam naturam vocant non tantum δροσερὰν, sed etiam εὐάχητον, quia *tonitrua* producunt. sic pag. præcedente dicitur:

Λαμπρός τ' αἰθὴρ, σεμναί τε θεαὶ Νεφέλαι
βροντησικέραυνοι,
Ἄρθητε, φάνητ' &c.

O rutile æther, & venerandæ Deæ Nubes tonitrua & fulmina producentes,
Attollamini, & appareatis.

ubi Schol. inter alia: ἐκ τῶν Νεφελῶν φησι τὴν ἀστραπὴν καὶ βροντὴν συγκρουομένας ἀποπέμπειν. Pag. sequente Socrates:

Ὦ μέγα σεμναὶ Νεφέλαι φανερῶς ἠκούσατέ μου καλέσαντος.
Ἤσθου φωνῆς ἅμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου.

O venerandæ Nubes, manifesto audistis vota precantis.
Sensistin' tu vocem divinam, cum tonitru reboante?

Ex dictis liquet, φύσιν εὐάχητον recte tribui Nubibus. atque ita videmur nobis veram lectionem Aristophani hic restituisse, cujus veniebat mihi in mentem occasione loci illius Euripidis, in quo vox εὐάχητον est.

CAP. XXI.

Ex Josephi libro 1. *de Bell. Jud. locutiones quædam illustrantur. Versio corrigitur. Quid* νεωτερίζειν. Διαλαμβάνειν χώραν &c. Συλλαμβάνειν τινι. *Josephus emendatur.* Προτιμᾷν τινα *pro* curare aliquem. Προσίςασθαι adversari. Πολυπρόσωπος γενεά. Πρόσωπα *pro* capitibus *vel* hominibus.

APud Fl. Josephum in Prologo *Belli Judaici* pag. 705. Ed. Genev. legitur: Ἐν Ῥωμαίοις μὲν ἐνόσει τὰ οἰκεῖα, Ἰουδαίων τε τὸ νεωτερίζον τότε, τεταραγμένοις ἐπανέςη τοῖς καιροῖς.] Interpres verba illa Ἰουδαίων τὸ νεωτερίζον vertit, *Judæorum qui ætate validi* &c. perperam. debebat enim, *Judæorum pars quæ res novas tunc temporis quærebat.* Τὸ νεωτερίζειν nequaquam denotat *ætate juvenem & validum esse*; sed *res novare, novis rebus studere.* sic l. 1. cap. 8. τῶν νεωτερίζειν ἐπὶ κέρδεσιν οἰκείοις θελόντων. quod *Antiquit.* l. XIV. c. 23. νεωτέρων ἐπιθυμεῖν πραγμάτων. sic νεωτεροποιὸς, *novarum rerum studiosus* apud Nostrum B. J. 1. 8. & Νεωτεροποιΐας ἐφίεσθαι *pro novis rebus studere*, lib. VII. cap. 11.

Lib. 1. *B. Jud.* cap. 10. Ὁ δὲ Μαρίων, ἠξίωτο μὲν τῆς τυραννίδος ὑπὸ Κασσίου, τυραννίσι πᾶσαν διαλαβόντος τὴν Συρίαν. κατὰ δὲ τὸ πρὸς Ἡρώδην ἔχθος, συνελάμβανεν Ἀντιγόνῳ τῷ Ἀριστοβούλου, καὶ τὸ πλέον διὰ Φάβιον.] Quod de Cassio hic dicit Auctor, τυραννίσι πᾶσαν διαλαβόν-

τῷ τῆν Συρίαν, vertit Int. *qui tot Syriæ tyrannos præfecerat.* non satis accurate. significant enim Græca: *qui tyrannidibus omnem interceperat* vel *occupaverat Syriam.* sic διαλαβεῖν φρουρᾷ τὴν πόλιν dixit Joseph. B. J. I. 5. διαλαβεῖν τὴν χώραν φρουραῖς lib. I. c. 8. διαλαβεῖν τὸν τόπον φυλακαῖς l. VII. c. 12. Sed minus intellexit sequentia verba συνέλαβεν Ἀντιγόνῳ τῷ Ἀριστοβούλου, quæ ita Latine expressit, *Antigonum Aristobuli secum ducebat*, quum debuit *Antigono Aristobuli F. opem ferebat. In Antiquitat.* l. XIV. c. 21. ubi eadem historia narratur, pro eo dicitur συνεμάχει αὐτῷ. Ceterum pro τὸ πλέον, quod sequitur, Interpres legit Πτολεμαῖον.

Lib. I. cap. 12. Ἡρώδης δὲ τούς τε ἐκ Μασάδας οἰκείους παραλαβὼν ῥαδίως, καὶ θρῆσαν τὸ φρούριον, ᾔει πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα.] Int. *Herodes autem facile receptis ex Massada pignoribus suis & rebus, à castello in Hierosolymam perrexit.* iterum parum accurate. prorsus non expressit vocem θρῆσαν. pro ea habet *rebus.* sed vitiosum est illud θρῆσαν. Scribendum Ῥῆσαν, quod nomen est *castelli*, ut discimus ex *Antiquit.* lib. XIV. c. 27. ubi eadem fere verba: Ἡρώδης δὲ τοὺς ἐκ Μασάδας οἰκείους ἐπαναλαβὼν, καὶ Ῥῆσαν τὸ φρούριον, ᾔει πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα.

Lib. I. cap. 13. Συνεισπίπτει δὲ τοῖς πολεμίοις εἴσω, καὶ πᾶσα μὲν ὁπλιτῶν οἰκία ἐκ τοῦ πύργου τε, πίτη δὲ ἦν ὕπερθεν ἀμυνομένων κατάπλεα.] Vitiosum

sum est illud ἐκτᾶτο, pro quo legendum νένακτο, ut recte etiam legit Interpres, qui: *cum omnes domus armatis essent refertæ*. Monuit hoc etiam Cl. Kusterus ad Suidam, in voce Νένακτο, quod Suidas interpretatur ἐπεπλήρωτο. & hunc ipsissimum locum Josephi adducit, in quo νένακτο habet. Amat Auctor etiam vocem ναστὸς ab hoc verbo νάσσω deductam, pro *solido*, sic B. J. I. 16. πύργος ναστός. V. 13. τὸ ναστὸν ὕψος τῶν πύργων. VII. 43. τὸ ναστὸν αὐτῶν ὕψος. VII. 45. ναστὴ πόλις.

Lib. I. cap. 16. ubi de Cæsarea inter alia dicit, quod templum Cæsaris ibi fuit in colle, κάλλει καὶ μεγέθει διάφορος, ἐν δὲ αὐτῷ κολοσσὸς Καίσαρος, οὐκ ἀποδέων τοῦ Ὀλυμπίασι Διὸς, ᾧ καὶ προσείκασται, Ῥώμης δὲ ἴσος Ἥρᾳ τῇ κατ᾽ Ἄργος.] Parum intellexit verba postrema, Ῥώμης δὲ &c. Interpres, ita ea exprimens, *Romano autem par & Junoni quæ Argis est*. debuit: *Romæ vero* [colossus ibi erat] *similis Junoni Argivæ*. Sensus enim Josephi est, in templo isto Cæsaris duas fuisse statuas, alteram *Cæsaris*, alteram *Romæ*, & illam Romæ esse similem Junonis Argivæ statuæ. sic diserte lib. XV. *Antiquit*. cap. 12. p. 539. νεὼς Καίσαρος -- ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος. Sed video hoc ipsum etiam observatum Illustri Spanhemio ad *Callim*. p. 373. ubi plura de Junone Argiva. Ceterum paullo post addit Josephus, Ἀνέθηκε δὲ τῇ μὲν ἐπαρχίᾳ τὴν πόλιν, τοῖς ταύτῃ

δὲ

ἢ πλοϊζομένοις τὸν λιμένα. ubi perperam vertitur, *rebusque advectitiis portum*. est enim τοῖς πλοϊζομένοις, *navigantibus*. Sic paullo superius in eadem pag. πρὸς κὰι ἀγωγὴν τῶν ἐνορμιζομένων, quæ sign. *quo diverterent illi qui in portum veniebant*, male redduntur, *ad deducenda quæ portus haberet*.

Lib. I. cap. 17. p. 751. de Herode dicitur, Κατάγει τὸν ἐκ τῆς Δωρίδος Ἀντίπατρον, καὶ πάντα τρόπον προτιμᾷν ἄρχεται.] Int. --- *hisque illum præponere modis omnibus cœpit*. Προτιμᾷν τινά τινος est quidem *præponere* vel *præferre aliquem alicui*; sed προτιμᾷν τινα est *curare aliquem*. ita supra etiam usus est hoc verbo Josephus. Aristophanes Pluto & alibi habet etiam hoc sensu, & Scholiastes ejus interpretatur, λόγον ἔχειν & ἐπιστρέφεσθαι. Euripid. *Medea* vers. 343. Ἐπεὶ πατὴρ οὐδὲν προτιμᾷ μηχανήσασθαι τέκνοις, *Quandoquidem pater nihil curat parare liberis*. Thucydid. l. VIII. c. 64. Σωφροσύνην γὰρ λαβοῦσαι αἱ πόλεις, καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων, ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον εὐνομίαν οὐ προτιμήσαντες. Quæ Int. ita reddidit: *Civitates enim attentiores ad rem suam factæ, & excusso metu rerum quas gerendas suscipiebant, ad apertam [certamque] libertatem progressæ sunt, illam [speciosam ac] fallacem reip. recte administrandæ formam ab Atheniensibus [propopositam, certæ libertati] non anteponentes*.

eodem errore, quo hic Josephi Interpres. debuit simpliciter: *Atheniensium reip. recte administrandæ formam non curantes.*

In eadem pag. Ὡς δὲ οἱ μὲν καθ' ἡμέραν προσίσταντο μᾶλλον.] Quæ vertuntur: *Et illi quidem in dies singulos magis magisque negligebantur.* Nescio quo pacto τὸ προσίστασθαι vertere potuerint *negligi.* significat enim *adversari, obsistere.* & in hoc significatu familiare est verbum Josepho nostro. sic cap. 8. hujus libri. --- οἷς ἢ τὸ τῶν παίδων, ἢ τὸ Ἀντιπάτρου σωφρονιστὸν προσίστατο, *obsistebat.* lib. IV. c. 20. in principio. Τοῖς δὲ Ἰδουμαίοις --- προσίστατο τὰ πρατ]όμενα i. e. *obsistebant* vel *molesta erant.* Verte hic: *Quum vero illi in dies magis adversarentur,* vel *inimiciores fierent.* Sequitur mox eadem pag. Καὶ τὸ πλουταῖον φάμενος, ὡς τῷ πατρὶ κτείνειν αὐτοὺς ἐστιν, εἰ δὴ προστίθηται τὸ ἔγκλημα. quod sine sensu hunc in modum expressit Int. *Postremo prolocutus, quod eos pater libenter occideret, crimen illi objecit.* sensus est: *Postremo quum dixisset, patri licere occidere eos, si scilicet objiceret crimen.*

Lib. I. c. 18. p. 763. οὔσης δὲ πολὺ προσώπου τῆς γενεᾶς] Pro πολὺ προσώπου lege una voce πολυπροσώπου. Est aut πολυπρόσωπος γενεὰ *numerosa progenies.* Πρόσωπα Josepho nostro sunt sæpius *personæ, capita, homines.* ita cap. II. hujus libri, πρόσωπα οἰκειότατα. *homines familiarissimi.* & lib. II. c. 4. τὸ πλῆθος τῶν προσώπων, *multitudo hominum.* CAP.

CAP. XXII.

Josephus l. II. & III. *B. J. quibusdam in locis illustratur.* Κατειρωνεύεσθαί τινος. Ἀποσκευάσασθαί τι. Καταμᾶσθαι *verbum rarum, Josepho usitatum pro* καταπάσσειν. Ἀναλαμβάνειν τὰ σφάλματα, errores corrigere. Ἀπόγνωσις & Ἀπογινώσκειν *quid.* Προαολλίσαι *vel* Προαλίσαι ante colligere. Διακρέεσθαί τι, aliquid repellere.

IOsephus *B. Jud.* lib. II. cap. 3. κατειρωνεύεσθαι δ' νιῶ τῶν Καίσαρος ἀκοῶν] Frequens est Josepho verbum καλειρωνεύεσθαι cum casu secundo pro *deludere.* ita mox in h. cap. κατειρωνεύετο τοῦ πατρός. lib. II. c. 12. κατειρωνεύεσθαι τῶν τὰς βασάνους προσφερόντων. & l. VII. c. 30. κατειρωνεύεσθαι τῶν ἀδικουμένων.

Lib. II. cap. 7. ἀπεσκευάζοντο τὰς αἰτίας τῆς ἀποστάσεως.] Et hoc verbum ἀποσκευάζεσθαι familiare est auctori nostro pro *amoliri à se.* sic lib. I. cap. II. ἀποσκευάσασθαι τὴν ὑποψίαν. l. II. c. 28. ἀποσκευάσασθαι τὴν αἰτίαν τῆς ἀποστάσεως, ut hic, & alibi.

Lib. II. cap. 12. Tres Judæorum sectas recensens, cum Pharisæos & Sadducæos nominasset, addit, τρίτον δ' ὃ δὴ καὶ δοκεῖ σεμνότητα ἀσκεῖν, Ἐσσηνοὶ καλοῦνται. Int. *tertium vero quod etiam probabilius habetur, Esseni colunt.* Tu vero pro eo *quod probabilius habetur*, dicas, *quod castitatem exercet.* vide sequentia. De iisdem mox dicitur: κηλῖδα δ' ὑπολαμβάνουσι τὸ ἔλαιον, κἂν ἀλιφῇ τι ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα. Sic Por-

phyr. περὶ Ἀποχ. l. IV. p. 383. de iisdem tradit, turpe habitum iis *oleo ungi*.

Ibidem p. 767. --- ὥς τε εἰ ψαύσειαν αὐτῶν ἐκείνους ἀπολύεσθαι, καθάπερ ἀλλοφύλῳ συμφερένlας· (l. συμφυρέντας) καὶ μακρόβιοι μὲν ὡς τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἑκατὸν παρατίνειν (l. παρατείνειν) ἔτη·] Int. *ut si aliquos eorum contigerint, quasi à contrectatu alienigenæ diluantur. Vivunt autem quam longissime, ita ut plurimi eorum usque ad centenariam proferantur ætatem.* Tu vero paullo accuratius vertas: *itaut illi, si attigerint eos, abluant se, ac si alienigenæ sese commiscuissent: & longævi quidem ita ut plerique ultra centum annos extendant ætatem.* Συμφύρεσθαί τινι est *commisceri* vel *commiscere se alicui.* sic l. VI. c. I. συμφύρεσθαι τοῖς ἱερεῦσι.

L. II. c. 27. Τοὺς δὲ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ἦν ἰδεῖν καταμωμένους μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν.] Nota verbum rarum καταμᾶσθαι pro *conspergere*, καταπάσσειν, à simplici ἀμάω, ἀμάομαι. habet etiam alibi Josephus. Vide quæ dicturus sum ad Suidam in v. Καταμησάμενος, quod ille interpretatur ἐπιβαλὼν, ἐπικαταχέας.

Lib. III. cap. 6. Κἂν πταίωσι ῥᾳδίως ἀναλαμβάνουσι τὰ σφάλματα.] Notatu digna est phrasis ἀναλαμβάνειν τὰ σφάλματα pro *errores corrigere.* ita etiam loquitur Noster infra l. VI. c. 5. p. 912. ἀναλήψεσθαι γὰρ αὐτοὺς τὸ παρὸν πταῖσμα, *correcturos enim eos præsentem errorem.*

Lib.

Lib. III. cap. 14. Καὶ τὴν κοινὴν τῆς πόλεως ὑπόγνωσιν ὁπλισάμενος.] Pro ὑπόγνωσιν lege ἀπόγνωσιν, quæ vox *desperationem* denotat. sic Joseph. B. J. I. 14. Διὰ τὴν ἀπόγνωσιν τῆς νίκης, *propter desperationem victoriæ*. lib. III. c. 25. οἱ δὲ πεφραγμένους ἀπογνώσει τὰς ἀκοὰς ἔχοντες, *illi vero obstructas desperatione aures habentes*. ἀπογινώσκειν enim est *desperare*, quod est. lib. I. c. 6. ubi ἀπογνῶναι περὶ τῶν ὅλων. Ceterum ut hic ἀπόγνωσιν ὁπλίσασθαι, ita Petrus Apostolus, ἔννοιαν ὁπλίσασθαι in priore Epist. cap. IV. vers. I. τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε.

Ibid. cap. 9. Καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς μελλούσαις συμφοραῖς θυμὸν προαολλίσαντας.] Suidas legit προαλίσαντας. Vide eum in h. v., ubi interpretatur προαθροίσαντας.

Lib. III. cap. 27. Διακρουσομένου τὰς ἐπ' αὐτὸν ὀργάς.] Hesych. & Suidas διακρούεσθαι exponunt ἐξωθεῖν & ὑπερτίθεσθαι. Amat hoc verbum Josephus, & frequenter eo utitur pro *depellere*, *repellere*, *propulsare*. ita l. I. B. J. c. 4. διακρούεσθαι τὴν νόσον. c. II. διακρούσασθαι τὰς παρακλήσεις. c. 15. ejusd. lib. διακρούσασθαι τὴν δέησιν. & c. 17. διακρούσασθαι τὸν φόβον. l. II. c. 4. διακρούσασθαι τοὺς νουθετοῦντας.

CAP. XXIII.

Josephus quibusdam in locis libri IV. *Belli Jud. emendatus & illustratus, ejusque Interpres castigatus.* Quid Ἄκεσις. Παράστημα. Παρεισφθείρεσθαι. Συγκροτεῖσθαι. Τί παθόντες, *Atticum loquendi genus pro* quare.

JOsephus lib. IV. B. J. cap. 2. de Emaunte: Μεθερμηνευομένη δὲ Ἀμμαοῦς, θερμὰ λέγοιτ' ἄν, ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ πηγὴ θερμῶν ὑδάτων πρὸς ἄσκεσιν ἐπιτήδειος] Pro ἄσκεσιν, quod corruptum est, lege ἄκεσιν, i. e. *sanationem*, ut recte etiam legit Int. qui habet, *sanandis corporum vitiis idoneus.* sic infra lib. V. p. 892. καὶ χρήσιμος δὲ οὐ μόνον εἰς ἁρμονίας νεῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄκεσιν σωμάτων, *est autem utile non modo ad compages navium, sed etiam ad corporum curationem.* Suidas, Ἄκεσιν, ἴασιν.

Eodem libro cap. 4. --- ἐπέμενε, μέχρι δαιμόνιον παράστημα τῆς ψυχῆς συννοήσαντες οἱ πολέμιοι.] Vox παράστημα usitata admodum est Josepho pro *animi præsentia, fortitudine* & *audacia.* sic B. J. I. 2. Ὁ δὲ Ἰωάννης, ὁπότε μὲν ἐνθυμηθείη τὸ παράστημα τῆς μητρός. cap. 3. ejusd. lib. καὶ τὸ παράστημα τοῦ Ἀντιγόνου μεῖζον ἢ κατ' ἰδιώτην· lib. II. c. 17. παράστημα πρὸς θάνατον ἕτοιμον. ibid. c. 34. ἄξιος μὲν ἐλέους ὁ νεανίας δι' ἀλκὴν σώματος, καὶ ψυχῆς παράστημα. cap. 43. ἀλλὰ τοὺς εὐεξίᾳ σώματος καὶ ψυχῆς παραστήματι, καὶ πολέμων ἐμπειρίᾳ διαφέροντας ἐξελέγετο. Habent

bent etiam alii: Longinus περὶ ὕψους Sect. VII. καὶ γαῦρόν τι παράστημα λαμβάνουσα, *elatosque sumens spiritus*. iterum Sect. IX. γενναίου παραστήματος. Vide ad eum locum Tollium, qui Dionysium Halic. ita etiam loquutum esse docet. Suidas in v. Παράστασις, quam explicat ὁρμὴ, προθυμία, addit, καὶ παράστημα ψυχῆς, subjiciens hoc exemplum: Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι δι' ἀλκὴν σώματος καὶ παράστημα ψυχῆς ὀλίγου δεῖν τῆς οἰκουμένης ἐκράτησαν: *Romani vero corporis robore & animi fortitudine fere totum orbem terrarum in potestatem suam redegerunt.*

Eodem lib. cap. 5. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀθυμοῦσάν τε τὴν στρατιὰν ἀνοίᾳ πταισμάτων --- παρεμυθεῖτο.] Pro ἀνοίᾳ legendum censeo ἐννοίᾳ, ut sit ἐννοίᾳ πταισμάτων, *sensu calamitatum*. Interpres vocem non expressit. ἄνοια hic est ἀπροσδιόνυσον. sed ἔννοια aptum huic loco, & sæpius eo utitur Josephus, ut l. II. B. J. c. 37. & VII. 34. Sequitur mox, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν μέμφεσθαι δοκοίη. quod verterim, *ut omnino non videretur conqueri*. Int. vero habet, *nequem vel initio culpasse videretur.*

Ejusd. lib. cap. 8. ubi de Giscala Galilææ oppido; postquam dixerat plerosquc ejus incolas esse agricolas, & paci deditos, addit, παρεισεφθαρμένου δὲ αὐτοῖς οὐκ ὀλίγου λῃστρικοῦ τάγματος &c. quæ ab Interprete in hunc modum sunt reddita: *non parvæ autem manus latrocinalis permixtione corrupti erant*. Malim ego: *sed non*

non exigua latronum manus in illos irrepserat. παρεισφθείρεσθαι enim non est *corrumpi*, ut ille putavit; sed *clam & perniciose irrepere, obrepere,* & *insinuare se aliis.* ita συμπαρεισφθείρεσθαι inferius in hoc lib. cap. XI. p. 871. - - - ἐι τῶν πανταχοῦ σιωπηγμάτων ἀρχιλῃσταὶ - - - εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα συμπαρεισφθείρονται. ita simplex φθείρεσθαι passim apud Comicum *pro ire, abire, venire cum pernicie, malo.* in *Pluto* pag. 64. ἀλλὰ φθείρου, καὶ μὴ γρύζης. ubi Schol. ἀντὶ τοῦ μετὰ φθορᾶς ἀπέρχου. in *Avib.* p. 584. Ἀτὰρ ὦ ποιητὰ, κατὰ τί δεῦρ᾽ ἂν ἐφθάρης; *sed ô poëta, quam ob caussam huc cum tuo malo venisti?* Ceterum pro παρεισφθείρεσθαι Auctor noster infra p. 878. παρεισρεῖν dixit, πλευταῖα λεληθότως παρεισέῤῥευσαν εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν.

Ejusd. lib. cap. 14. Ἀθροίζεται δ᾽ ὑπ᾽ Ἀνάνου ταχέως τὸ δημοτικὸν, πλήθει μὲν ὑπερέχον, ὅπλοις δὲ καὶ τὸ μὴ συγκεκροτῆσθαι, λειπόμενον τῶν ζηλωτῶν.] Int. *Cito autem & Ananus populum congregavit, multitudine quidem superiorem: armis vero constipatis, non erant zelotæ inferiores.* sed posteriora illa, ὅπλοις δὲ καὶ τῷ μὴ συγκεκροτῆσθαι, λειπόμενον τῶν ζηλωτῶν, perperam intellexit. ea ita sonant Latine: *armis vero, & quod minus compositum* vel *instructum erat agmen eorum, zelotis inferiorem.* τὸ συγκροτεῖν pro *cogere, componere, instruere* frequenter utitur Auctor. sic lib. 1. B. J. 4. 9. 14. & lib. 11. 42.

Ibid.

Ibid. cap. 16. τί γὰρ δὴ καὶ παθόντες ἂν ἡμεῖς, Ῥωμαίοις προσπολεμοῦμεν ἑαυτοὺς νῦν &c.] Locutio τί παθόντες hic vertitur, *quid passi.* male: sic etiam p. 908. est enim Attica loquendi ratio, significans *quare? quamob caussam?* Lucian. Dial. *Plut.* & *Merc.* τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες εὔχονται ἀποθανεῖν ἐκεῖνον; ubi Interpretes etiam male, *quid mali illi ab eo perpessi?* iterum Dial. *Terpsionis & Plutonis*, Καὶ ὑμεῖς ᾧ τί παθόντες ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε; Docuit etiam Casaub. ad Athenæum l. XIII. c. 9. τι μαθὼν & τί παθὼν Atticis dici pro simplici τί quare. Videantur etiam Interpretes Aristophanis, qui sæpe utitur.

Ibid. cap. 18. in fine, Αὐτὴν ἐπ' ἐκείνοις στενάξαι ἂν τοῖς ἀνδράσι δοκῶ τὴν ἀρετὴν ὀλοφυρομένην, ὅτι τοσοῦτον ἥττηται τῆς κακίας.] Verba postrema sine sensu reddita sunt in hunc modum, *tantum licuisse vitiis flentem.* Tu potius dicas, *quod tantum cessisset vitio*, vel *victa esset à vitio.*

CAP. XXVI.

Josephus lib. V. *&* VI. *B. J. quibusdam in locis emendatur & explicatur. Versio ejusdem Latina notatur.* Quid ἀδοξεῖσθαι. Γνώριμος *pro* discipulo. Νόσιμον salubre *vel* salutare. *Quid* Ἄδεια. Ἐνδοῦναί τι πρός τι. Ἐνιέναι πῦρ *non est* immittere igni, *sed* ignem immittere. Διέχειν *pro* ἀπέχειν.

IOseph. lib. v. B. J. cap. III. p. 887. Ἤδη δὲ Ἰωάννη τυραννιῶντι τὸ πρὸς τοὺς ὁμοίους ἰσότιμον ἠδοξεῖτο.] Usus verbi ἀδοξεῖν apud Josephum est adnotandus. utitur scilicet ille sæpe eo pro *improbare*, *minus rectum & honestum ducere*, ut ἀδοξεῖσθαι pro *non probari*. ita hic ἠδοξεῖτο, *minus honestum putabatur*. sic lib. VI. p. 912. ὅτι καὶ τὸ νικᾷν παρὰ Ῥωμαίοις δίχα παραγγέλματος ἀδοξεῖται, *quod apud Romanos etiam vincere absque præcepto ducis non probatur*. Suidas in v. Ἀδοξεῖται hunc Josephi locum citat, & interpretatur Ἀδοξεῖται, οὐ τιμᾶται, οὐκ ἀπόδεκτόν ἐστι. Joseph. l. II. c. 28. habet activum, οὐκ ἀδοξεῖ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν.

Lib. v. c. 3. p. 887. Τό γε μὴν δραστήριον αὐτοῦ κατά τε χεῖρα, καὶ κατὰ γνώμην, διαφόρους εἶχεν οὐκ ὀλίγους.] Pro διαφόρους lege δορυφόρους, uti etiam legit Interpres, qui, *satellites non paucos habebat*.

Pag. 891. de *Elisæo* dicitur, γνώριμος δ' ἦν οὗτος Ἠλία καὶ διάδοχος.] Vertitur, *qui Heliæ notus fuerat atque successerat*. Sed γνώριμος

μος hic est *discipulus*. ita apud Græcos Philosophorum discipuli passim appellantur γνώριμοι & ἑταῖροι modestiæ caussa. Lucian. *Pseudom.* p. 762. Ὅσοι Ἐπικούρου ἑταῖροι. Ælian. V. H. II. 16. Ἀπολλόδωρος ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος. Sic γνώριμοι Πλάτωνος, Ἀριστοτέλους apud eundem II. 10. III. 19. Sed frequens est Interpretum quorundam error in his vocibus, dum vertunt *notos* vel *amicos*, vel *familiares*, vel *sodales*. sic Laërtii Interpres lib. II. in Vita Anaximenis: Ὁ Ἀναξιμένης ἑταῖρος γεγονὼς Ἀναξιμάνδρου, reddidit, *Anaximenes sodalis fuit Anaximandri.* debuit, *discipulus.* Simplicius hoc expressit, Ἀναξιμένης ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου.

Eadem pag. νοσιμώτερον εἶναι τῶν μέχρι κόρου χρονιζόντων (ὕδωρ.) Νοσιμώτερον hic *salubriorem* notat. Hesych. Νάσιμον, τὸ σωτήριον. Vide Ill. Spanhem. ad Callimach. p. 744.

Lib. VI. p. 908. Καὶ τοῦ πολέμου μετ' ἀδείας ἀντιπολίζοντος ἑαυτόν.] Suidas Ἄδεια exponens ἄνεσις & ἀφοβία, hunc ipsum Josephi locum allegat, sed mutilus ibi est.

Pag. 926. Τοὺς μὴ ζητοῦντας εἰρήνην, καὶ κατὰ Ῥωμαίων ζῆν προειρημένους.] Lege προῃρημένους à προαιρεῖσθαι. & sic etiam legit Interpres. Sequitur paullo post in eadem pag. Δόξαν δ' ἐπανεῖναι πρὸς ὀλίγον τὴν πολιορκίαν, καὶ διωρίαν βουλῆς συστασιασταῖς παρασχεῖν, εἴ τι πρὸς τὴν καθαίρεσιν ἐνδοῖεν τοῦ δευτέρου τείχους, ἢ καὶ τὸν δῆμον ὑποδείσαντες &c. In quibus illa Δόξαν δ' ἐπανεῖναι πρὸς

ἐλίγον τὴν πολιορκίαν, Latine ita expressa reperio, *Videbatur autem brevissimi temporis ejus obsidio.* quod nequaquam patiuntur Græca, quæ significant: *Quum autem visum esset paullulum remittere obsidionem.* Quod autem attinet ad sequentia, εἴ τι πρὸς τὴν καθαίρεσιν ἐνδοῖεν &c. nota est loquendi forma & Josepho familiaris, ἐνδιδόναι τι πρός τι pro *remittere quid de aliqua re.* sic B. J. I. 2. ἐνδοῦναι οὐδὲν πρὸς τὰς αἰκίας. & II. 30. lib. VII. c. 14. ἐνδοῦναι οὐδὲν πρὸς τὴν δέησιν. Ceterum in superiore loco pro δῆμον lege λιμὸν, ut recte Interpres, qui habet, *famis metu.*

Pag. 932. Τοῦ δὲ πυρὸς ἐφέλκοντος, ἔτ' ὠμὰ τὰ σιτία διήρπαζον] Pro ἐφέλκοντος repone ἀφέλκοντος. Sed in sequentibus aliud videtur esse mendum, observatum quoque Eruditissimo Spanhemio ad Callimach. pag. 78. de fame sc. agitur. πάντων μὲν δὴ (inquit Josephus) παθῶν ὑπερίσταται λιμός. οὐδὲν δὲ οὕτως ἀπόλλυσιν ὡς αἰδώς. Legendum censet Vir illustris, οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀπόλλυσιν αἰδῶ, *nihil enim ita perdit* seu *tollit pudorem.* Vetus tamen Interpres etiam ita legit, ut hodie. habet enim: *nihil enim sic perdit hominem ut pudor.* Equidem ergo, salvo Eruditissimi illius Viri judicio, non ejecerim ex textu voculam ὡς, quæ constanter in omnibus libris legitur, & a Ruffino, ut ex ejus versione liquet, etiam lecta est. Pro αἰδὼς modo legerim αἰδῶ in casu quarto, & paullo aliter

ter verba construi velim, quam existimavit vir modo laudatus, sc. ut nominativus ante verbum ἀπόλλυσιν non sit οὐδὲν, sed λιμὸς, οὐδὲν vero sit casus quarti, hoc modo: πάντων μὲν δὴ παθῶν ὑπερίσταται λιμὸς, οὐδὲν δ' οὕτως (λιμὸς) ἀπόλλυσιν ὡς αἰδῶ. h. e. *fames sane omnia superat mala, nihilque ita destruit* vel *tollit* (fames) *ut pudorem.*

Pag. 934. sub finem: τῷ δεκάτῳ δὲ τάγματι διέχοντι πολὺ τούτων.] i. e. *decimæ vero legioni quæ ab his longe aberat* vel *distabat* &c. διέχειν enim idem est quod ἀπέχειν. In versione Latina est: *Decima vero legio quæ supra memoratis præstat.* Sed mox sequitur, πίσσῃ δὲ καὶ ἀσφάλτῳ διακεχρισμένην ὕλην εἰσκομίσας, ἐνίησι πῦρ. Quæ Latine ita leguntur: *illataque sylva pice ac bitumine illita, igni immittit.* Melius vero, ni fallor, sic Latine diceres: *Quum vero materiam importasset pice ac bitumine illitam, ignem immittit:* nam ἐνιέναι πῦρ non est *igni immittere*, sed *ignem aliquo immittere, injicere.* sic pag. 958. τοῖς παρ' αὐτῶν δὲ τὸ πῦρ ἐνιέναι παρεκελεύοντο, *suos autem hortabantur, ut ignem immitterent.* pag. 979. πῦρ τε ἐνιέμενον ἱεροῖς, *ignemque immissum templis.* pag. 994. πῦρ μὲν πολὺ τοῖς βασιλείοις ἐνίησιν, *multum quidem ignem immittit regiæ.*

Pag. 936. δίχα πόνου κατορθοῦν τι τῶν μεγάλων οὐδενὶ ῥᾴδιον ἢ θεῷ μόνῳ.] Elegans hæc sententia in versione Latina inepte exprimitur, *Sine la-*

bore magnum quid perficere ne Deo quidem facile fit. pro, *Sine labore aliquid magnarum rerum gerere nulli facile est nisi soli Deo.*

Pag. 940. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἱερὸν οἶνον, καὶ τὸ ἔλαιον, ὃ τοῖς ὁλοκαυτώμασιν οἱ ἱερεῖς ἐφύλαττον ἐπιχεῖν ἐκκενώσας· ἦν δ' ἐν τῷ ἐνδοτέρῳ ἱερῷ, διένειμε τῷ πλήθει, κἀκεῖνοι δίχα φρίκης, πλέον τοῦ ἱν ἠλείφοντο, καὶ ἔπινον ἐξ αὐτῶν.] Interp. *Proptereaque sacrum vinum & oleum, quod sacerdotes sacrificiis reservabant, tutum erat effudisse. namque in templo & multitudini distribuit, & illi sine horrore ungebantur & potabant.* Insulse admodum pleraque in hac pericopa expressa vides. quædam omissa, alia male distincta & perperam intellecta. Quid quæso, *tutum erat effudisse?* & ubi hoc in Græco? pro ἐκκενώσας forsan legit ἱκανώσας. sed nec hoc *tutum erat* significat. præterea omisit ἦν & τῷ ἐνδοτέρῳ & ἱν. Rectius ita refingas versionem: *Propterea sacrum quoque vinum & oleum, quod servabant sacerdotes ut holocaustis superinfunderent, exhauriens (erat autem in templi parte interiore:) distribuebat multitudini: atque illi absque horrore ungendo & potando plus quam hin ex illis consumebant.* Observandum illa, ἦν δ' ἐν τῷ ἐνδοτέρῳ ἱερῷ, parenthesi includenda, & distinctionem ponendam post ἐπιχεῖν.

C A P.

CAP. XXV.

Josephus lib. VII. *B. J. aliquoties emendatus. Ejus Interpres notatus.* Κατοιχόμενοι, mortui. *Quid* βρίθειν *&* ῥέπειν. βραβεύειν *pro* dare, tribuere. Σταδιαία μάχη. Περιεῖναι *pro* superiorem esse. Xiphiæ *quales cometæ.* Μαζοὶ colles *vel* rupium partes prominentes.

IOsephus *Bell. Jud.* lib. VII. cap. I. Οὔτε κληδόνα κακὴν σφῶν αὐτῶν ὑπελάμβανον τὴν εἰς τοὺς κατοιχομένους ὕβριν.] Interpres: *nec saltem sibi augurio fore putabant contumeliam mortuorum.* Malim: *nec malum omen sibi habebant contumeliam in mortuos.* κληδὼν est *præsagium* vel *omen.* sic occurrit supra lib. I. cap. 5. οἱ κατοιχόμενοι vero sunt *mortui.* sic lib. II. cap. 9. Κατοιχομένου τιμὴ, *honor defuncti.* Hesych. Κατοιχομένων, νεκρῶν, τεθνεώτων, ἀπελθόντων, ἀποθανόντων.

Ejusdem libri cap. VI. p. 946. Ἀεὶ δ' ἐφ' ὁπότερον βρίσειε ῥέων ὁ πόλεμος, παρακέλευσις μὲν ἦν τῶν πλεονεκτούντων, οἰμωγαὶ δὲ τῶν τρεπομένων.] Interpr. *Semper autem si bellum fluctuans gravasset alteram partem, potiorum exhortatio & inferiorum conquestio nascebatur.* Ex quibus verbis liquet, lectum etiam fuisse Interpreti ῥέων, quia vertit *fluctuans.* Mihi tamen in hac voce mendum videtur esse, & pro ea legendum ῥέπων. Utitur enim hic Josephus metaphora à lance petita, ut in verbo βρίσειε, sic etiam

etiam in participio ῥέπων. Ῥέπειν autem dicitur, cum lanx vergit & propendet ad hanc vel illam partem. Lucian. Dial. *Crat.* & *Diog.* καὶ τὰ τάλαντα πῆ μὲν ἐπὶ τοῦτον, νῦν δ' ἐπ' ἐκεῖνον ἔῤῥεπε, *& modo ad hunc modo ad illum trutina vergebat.* sæpe metaphorice utitur Josephus verbo hoc. ita supra l. I. c. 3. ἡ δὲ νίκη πρὸς Πτολεμαῖον ἔῤῥεψε, *victoria autem ad Ptolemæum vergebat.* & lib. III. c. 10. ἑώρα μὲν γὰρ οἷ ῥέψει τὰ Ἰουδαίων τέλους, *videbat enim quo tenderent res Judæorum.* ita hic ἐφ' ὁπότερον sc. μέρος ῥέπων ὁ πόλεμος, *ad utram partem vergens prælium.* mox utitur Auctor voce ῥοπῇ pro *inclinatione*, ubi dicit ῥοπαὶ καὶ μεταχλίσεις. (sic enim legendum pro corrupto μεταχλήσεις, ut vulgo legitur.) dein pag. 951. ταχέως ἀντιστρέφεσθαι τὰς ῥοπάς. Ceterum in τῷ βρίσειε etiam est metaphora à graviore lance. βρῖθος enim est *pondus, libramentum*, unde lanx illa quæ præponderat & gravior est, dicitur βρίθειν. sed metaphorice sæpe hoc verbum etiam de aliis adhibetur quæ incumbunt alicui & premunt eum. ut hic de *prælio.* Verte igitur verba hæc Josephi, *ad utram partem vergens prælium gravius esset.*

Eodem lib. cap. x. ubi de septo templi, Οὐχ ὑμεῖς δὲ τὰς ἐν αὐτῷ στήλας διεστήσατε γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ ἡμετέροις κεχαραγμένας, ἃς μηδένα τὸ γείσιον ὑπερβαίνειν παραγγέλλει.] Leve hic mendum videtur esse in vocula ἃς, pro qua legerim

rim ἃ, ut referatur ad γράμματι, ἃ παραγγέλλει, *quæ literæ jubent*, *edicunt*. non enim alioqui commoda est verborum structura.

Cap. XII. Ejusdem libri: Ἰουδαίοις δὲ ἐβράβευε τὰς τόλμας &c.] Τὸ βραβεύειν Josepho nostro frequens est pro *dare*, *tribuere*, *præbere*, ut hic & lib. IV. c. 15. βραβεύειν τινὶ τὴν σωτηρίαν. lib. V. 31. βραβεύειν τὴν ἅμιλλαν. VII. 25. ὁ καιρὸς ἐβράβευεν ἑκατέροις τοῦ κρατεῖν τὸ πλέον. & cap. 30. ejusd. lib. βραβεύειν τιμωρίαν.

Paullo post in eodem cap. sequitur: Συνέβαινε δὲ τὸ μὲν πλεῖστον, σταδιαίαν εἶναι τὴν μάχην, ἐν ὀλίγῳ δὲ, καὶ ταχέως ἀντιστρέφεσθαι τὰς ῥοπάς.] Versio Latina ita habet: *Quominus autem plerumque pugnatum est, sed cito & brevi momento prælia mutabantur*. Pro *Quominus* haud dubie scripsit Interpres *Cominus*. Sed verte potius verba, *stataria plerumque pugna fuit*. Est autem *stataria pugna*, cum pede collato vir virum legit, nec quisquam loco recedit, uti docent Viri doctissimi Lindenbrogius & Valesius ad hæc Ammian. lib. XIV. cap. 2. *cum se impares nostris fore congressione stataria documentis frequentibus scirent*. Sequentia vero Josephi verba, ἐν ὀλίγῳ δὲ, καὶ ταχέως ἀντιστρέφεσθαι ῥοπὰς verte: *& in exiguo spatio & celeriter repellebantur momenta*. Mox in eodem capite perperam etiam intellexit Interpres hæc, τὸ δὲ πέρας ἀρξάμενοι τῆς νυκτὸς ἐνάτης ὥρας, ὑπὲρ πέμπτην τῆς ἡμέρας διελύθησαν, *Postremo nona hora no-*

ctis cœpto prælio, quinta die dissoluti sunt. At ὑπὲρ πέμπτην τῆς ἡμέρας, non est *quinta die*, sed *ultra quintam horam diei.* in πέμπτην deest ὥραν. ita supra pag. 946. in fine, ἀπὸ γὰρ ἐνάτης νυκτὸς ὥρας εἰς ἑβδόμην τῆς ἡμέρας ἐπολέμουν.

Eodem lib. cap. 17. de Pudente, Καὶ τὰ μὲν ἄλλα περιῆν συμβαλὼν, προεδόθη δ' ὑπὸ τῆς τύχης] Nescio quid hic legerit Interpres, dum hæc ita expressit in versione sua, *& ceteris commissa cum eo pugna risum præbuit, à fortuna proditus.* ubi sensus est, *& alias quidem superior erat in conflictu, sed à fortuna est proditus.* περιεῖναι enim idem est quod περιγίνεσθαι, *superare, superiorem esse.* Notum est illud Homeri *Iliad.* α. --- περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι,

---- *& pugna superiores estis.*

atque ita, ut alios taceam, Josephus B. J. l. 1. c. 13. Βουλόμενος δὲ ὁ Ἀντίγονος μὴ μόνον τόλμῃ τῶν σφετέρων, ἀλλὰ καὶ πλήθει περιεῖναι δοκεῖν. iterum cap. 14. ejusd. lib. πλήθει μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων περιῆσαν.

Cap. 23. ejusd. lib. Ἄυοι δ' ἑστῶτες ἀφεώρων· οὐ μὴν πρὸς τὸ δαπανώμενον ἀθυμοῦντες, εἰς γοῦν τὸ λοιπὸν ἐσωφρένουν, ἀλλ' ὡς ἤδη καὶ τοῦ ναοῦ καιομένου, τοὺς θυμοὺς ἐπὶ Ῥωμαίους ἔθηγον.] Parum accuratus & hic fuit Interpres: *Stantes vero*, inquit, *aspiciebant, nec tamen his quæ absumerentur dolentes, saltem ut quod reliquum esset salvum haberent, animum colligebant.* Verum hoc

hoc modo potius ſonent verba Latine: *Obſtupidi vero ſtantes ſpectabant; non tamen, quum male ipſos haberet id quod abſumebatur, in poſterum reſipiſcebant; ſed, ardente jam etiam templo, animos acuebant in Romanos.* Vides in priore verſione quædam eſſe omiſſa quæ in Græco extant, ut illa, ὡς ἤδη τοῦ ναοῦ καιομένου: alia perperam eſſe intellecta, ut ἐς γοῦν τὸ λοιπόν. Ceterum de voce ἀυγὸς quæ in principio hujus pericopæ eſt, vide quæ dicturus ſum in Animadverſionibus ad Suidam.

Lib. VII. B. J. cap. 26. Τῆς φλογὸς δ᾽ οὐδέπω διϊκνουμένης οὐδαμόθεν εἴσω, τοὺς δὲ περὶ τὸν ναὸν οἴκους νεμομένης, νομίσας, ὅπερ ἦν, ἔτι σώζεσθαι τὸ ἔργον δύνασθαι, προπηδᾷ &c.] In quibus verbis illa τοὺς δὲ περὶ τὸν ναὸν οἴκους &c. minus recte intellexit Interpres, qui habet, *nec membra quæ circum templum erant, depaſceretur*, quum ſonent; *domos vero quæ circum templum erant depaſceretur.*

Eodem lib. cap. 31. Τοῦτο μὲν ὅτε ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἔστη ῥομφαία παραπλήσιον, καὶ παρατείνας ἐπ᾽ ἐνιαυτὸν κομήτης &c.] *Xiphiæ* vocantur illi Cometæ, ἀπὸ τοῦ ξίφους, ab *enſe* cui ſimiles ſunt. Plinius lib. II. cap. 22. *Eaſdem breviores & in mucronem faſtigatas, Xiphias vocavere, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ, & quodam gladii nitore, ac ſine ullis radiis.*

Cap. 34. ubi Titus ad Judæos inter alia, τὸ δὲ μέγιστον, δασμολογεῖν τε ὑμῖν ἐπὶ τῷ θεῷ, καὶ

ἀναθήματι συλλέγειν ἐπετρέψαμεν.] Hæc ſacra pecunia, ſtatis temporibus in uſum templi delata Hieroſolymam, dicta fuit λύτρα, ut docet Philo *de Monarchia* lib. II. pag. 635.

Pag. 975. Ἔμελλον δὲ κἀκείνους μὴ θᾶττον εἰς τοὺς τόπους παραλαβόντος, δίκην οὐκ εἰς μακρὰν ὑφέξειν.] Pro παραλαβόντος lege παραβαλόντος, non enim dicitur παραλαβεῖν εἰς τόπον, ſed παραβαλεῖν pro *accedere*. Eſt autem frequens hoc vitium in codicibus Græcis, ut βαλεῖν pro λαβεῖν, κατέλαβεν pro κατέβαλεν, παραλαβὼν pro παραβαλὼν & vice verſa, reperiantur ſcripta, ut alibi jam me obſervaſſe memini.

Pag. 978. Καὶ τῷ περιβλήματι τὸ πλέον τῆς κεφαλῆς μέρος ἀποκαλυψάμενος εὐχὰς ἐποιήσατο τὰς νενομισμένας.] Pro ἀποκαλυψάμενος lege ἐπικαλυψάμενος.

Pag. 981. ubi Machærunta deſcribit, ait ibi eſſe antrum imminente rupe protectum, ταύτης ἄνωθεν ὡσανεὶ μαστοὶ δύο ἀνέχουσιν, ἀλλήλων ὀλίγῳ διεστῶτες, καὶ ψυχροτάτην μὲν ἅτερος πηγὴν, ἅτερος δὲ θερμοτάτην ἐκδίδωσιν, αἳ μισγόμεναι ποιοῦσι λουτρὸν ἥδιστον, παιώνιόν τε νοσημάτων &c.] In hac perioche adnotanda vox, μαστοὶ, quæ proprie *mammas* ſignificans, uſurpatur de *collibus* vel *rupis partibus eminentibus*. ita LXX. Jerem. XVIII. 14. Μὴ ἐκλείψουσιν ἀπὸ πέτρας μαστοὶ hinc μαστοειδὴς κολωνὸς apud Joſephum noſtrum B. J. I. 16. Exempla alia de hoc vocis μαστὸς uſu habet Ill. Spanhem. ad *Callim.* pag. 359.

CAP.

CAP. XXVI.

Ex libro Josephi primo contra Apionem quædam loca paucis illustrantur. Vetus versio Latina aliquoties notatur & emendatur. Καταβάλλεσθαι & προκαταβάλλεσθαι *quid.* Δεινότης ἐν λόγοις *est* dicendi vis. Προσεδρεύειν τῇ θεραπείᾳ τοῦ θεοῦ, *est* cultui Dei vacare. *Quid* πόλεμος κατέχει.

IN principio libri primi contra Apionem dicit Josephus, se in Antiquitatum libris planum fecisse, Gentem Judaicam fuisse antiquissimam, inter alia addit de ea, καὶ περὶ τὴν χώραν ἣν νῦν ἔχομεν κατῴκησεν. h. e. *& regionem quam nunc tenemus incoluisse.* quæ verba in sua versione plane omisit Interpres Latinus, nec satis accuratus fuit idem in sequentibus, ἣν πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσαν --- συνεγραψάμην, vertens, *quinque millium annorum numerum historiam continentem --- conscripsi.* debebat: *quos* (Antiquitatum libros) *annorum quinque millium historiam continentes --- conscripsi.* Structura enim hæc est, ἣν (συγγραφὴν) περιέχουσαν ἱστορίαν πενταχ. ἐτῶν. In sequentibus dicit: Sed quoniam multos video, qui maledicis sermonibus malevole à quibusdam jactatis fidem habeant, eaque quæ ego de Antiquitate scripsi, non credant, τεκμήριόν τε ποιουμένους τοῦ νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν, τὸ μηδεμιᾶς παρὰ τοῖς ἐπιφανέσι &c. h. e. *& recentiorem esse gentem nostram colligant ex eo, quod nulla e-*

jusdem mentio facta fuerit apud celebres historicos Græcorum. Interpres sine sensu habet, *putantes mendacium nostrum esse genus, eo quod nulla memoria &c.* Pergit Josephus; Περὶ τούτων ἁπάντων ᾠήθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορούντων τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν ἑκούσιον ἐλέγξαι ψευδολογίαν, τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι. quæ ita Latine leguntur: *Pro omnibus his arbitratus sum oportere me breviter hæc dicta conscribere: & derogantium quidem, vesanum spontaneumque increpare mendacium, aliorum vero ignorantiam pariter emendare.* Malim ego: *De hisce omnibus putavi scribendum breviter, tum ut obtrectatorum malevolentiam, voluntariumque falsiloquium arguam, tum ut aliorum ignorantiam corrigam.*

Pag. 1034. Ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον, πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο.] Interpres in hunc modum: *Quando etiam de Trojanis rebus, ubi tot annis militatum est, postea multa quæstio atque contentio facta est, utrum literis usi sint.* ita sc. intellexit, ac si per τοσούτοις ἔτεσι designarentur decem anni Expeditionis Trojanæ. At vero Josephus voluit, susceptam esse Trojanam expeditionem longo tempore (annis sc. ccc. circumcirciter) post Cadmi in Græciam adventum. Vocem ὕστερον, quæ pertinebat ad antecedentia, male junxerat Interpres cum sequentibus. Vertenda itaque

erant

erant Græca: *Ubi etiam de iis qui ad Trojanam expeditionem tam longo post tempore profecti sunt, vehementer addubitatum est, an literis usi fuerint.* Inferius in hac pag. habetur: Περίεργ☉ δ' ἂν εἴην ἐγὼ τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων. quod inepte expressit Interpres: *Sed ego videbor me potioribus esse superfluus, si explanare voluero.* Sensus est: *Sed operam perderem*, vel *ineptus essem, si eos qui melius quam ego norunt, docere vellem.*

Pag. 1035. Ἀπὸ δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προκαταβεβλημένης ἀναγραφῆς.] Vetus Interpres: *Cum ergo conscriptio nulla præponeretur.* Minus recte. Sensus est: *cum nullum antea jactum esset historiæ fundamentum, nulla semina scribendi jacta.* Metaphora in verbo προκαταβάλλεσθαι vel καταβάλλεσθαι est à fundamento ædificii quod ponitur, vel à semine quod terræ mandatur ab agricola. ita aliquoties in *Bell. Jud.* Inde transfertur ad quodvis principium & originem rei. Mox in eadem pag. λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο, signif. *sed eloquentiæ vim ostentabant*, non vero, ut habet Interpres, *sed verborum magis habere prolationem maximam.* Sequitur paullo post, οἱ δὲ εἰ ταῦτα γράψειαν ἑτέρως, οὕτως ἐνόμιζον αὐτοὶ φανεῖσθαι πάντων ἀληθέστατοι. λόγων μὲν οὖν ἕνεκα, καὶ ἐν τούτοις δεινότητ☉ δεῖ παραχωρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς Ἑλληνικοῖς: Pro ταῦτα legendum ταὐτά. Apud Eusebium hæc paullo aliter leguntur, sc. οἱ δὲ, εἰ μὴ

εἰ μὴ τῷ αὐτῷ γεάφειαν ἑτέροις, hoc eſt, *ſi non eadem cum aliis ſcriberent*. Ceterum illa, λόγων μὲν ἂν ἕνεκα καὶ ἐν τύποις δεινότητος non ſignificant, *cauſa quidem verborum & calliditatis eorum*, ut habet verſio Latina, *ſed dicendi genere & eloquentiæ vi*. In fine pag. Καὶ ὅτι μάλιστα δὴ τῶν Ἕλλησιν ἀποδεικνυμένων ἐχρήσαντο Φοίνικες γράμμασι. h. e. *& quod maxime Phœnices uterentur literis, qui Græcis earum uſum oſtenderunt*. Interpres habet: *& quia præcipue Græcis immixti uſi ſunt Phœnices literis*. Legit forſan pro ἀποδεικνυμένων perperam ἀπομιγνυμένων.

Pag. 1036. Καὶ τῇ θεραπείᾳ τοῦ θεοῦ προσεδρεύοντας, minus recte vertunt, *& in Dei placatione præparatos*. Eſt enim προσεδρεύειν τῇ θεραπείᾳ τοῦ θεοῦ, *cultui Dei aſſidue vacare, altari inſervire:* quod Paulus 1 *Corinth*. IX. 13. τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύειν dixit. Habet verbum προσεδρεύειν Joſeph. etiam B. J. VII. 5. Similiter Diodorus Siculus lib. 1. p. 57. ταῖς τῶν ἔργων λειτουργίαις καὶ δουλείαις προσήδρευσαν. Mox dicit Auctor de Sacerdote, oportere ipſum ἐξ ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, quod cave vertas cum vetere Interprete, *ex ejuſdem gentis naſci muliere:* eſt enim *liberos procreare ex ejuſdem gentis uxore*. hoc eſt παιδοποιεῖσθαι. Sequitur mox: Πόλεμος δ' εἰ κατέχοι, non eſt proprie, ut in verſione habetur, *Si autem bella proveniant*; ſed, *ſi bellum impediat & ob-*

ſtaculo

ſtaculo ſit, quo minus hoc fieri queat. Inferius eſt: οὐ γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται. perperam iterum intellexit, *non enim ad captivas accedunt*. ſignif. autem: *non admittunt captivas* ſc. in numerum fœminarum, quæ ſacerdotibus nubere poſſunt. Προσίεσθαι enim non eſt *accedere*, ſed *admittere*. οὐ προσίεσθαι eſt *repudiare*. Sed memini de hoc verbo, in quo ſæpe errant Interpretes, me ſupra alibi egiſſe. Ceterum quod ad rem ipſam attinet, de ea vid. Joſeph. in *Antiq. Jud.* lib. III. cap. 10. Dein vero in hac pag. alius error Interpretis eſt notandus in verbis, Τοῖς δὲ τῶν εἰρημένων ὁτιοῦν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μήτε βωμοῖς παρίστασθαι. ubi priora ita expreſſit: *his autem qui prædicti ſunt*. perperam τῶν εἰρημένων ſumſit pro *maſculino*, quum ſit *neutrius* generis, & conſtruendum cum ὁτιοῦν.

CAP. XXVII.

Νομίζω *cum infinitivo conſtructum, ſæpe habet ſubintellectum* δεῖν. *Joſephus emendatus aliquoties.* 'Απολέσθαι ὑπό τινος, perire ab aliquo.

IOſephus lib. I. contra Apionem pag. 1037. dicit homines quoſdam male feriatos detrahere conatos eſſe hiſtoriæ ſuæ, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα προκεῖσθαι νομίζοντες, κατηγορίας παραδόξου καὶ διαβολῆς.] A mente Au-

 ctoris

ctoris aberravit Latinus Interpres, qui sic: *tanquam in schola adolescentium themata exercentes, & accusationis insperatæ atque detractionis facientes opus.* Ut cetera mittam, genitivus ille κατηγορίας παράδ. &c. per se positus, est exclamationis Atticæ, cui aliquando etiam præponitur ὦ vel φεῦ. Præterea νομίζοντες προκεῖσθαι denotat, *existimantes proponendum esse.* Plene diceres, νομίζοντες δεῖν προκεῖσθαι. sæpe post verba νομίζω, λέγω, κρίνω &c. omittitur δεῖν. hoc igitur dicere vult, nonnullos historiam suam habere pro ficto argumento, quod adolescentibus in scholis proponi debeat, ut in dicendo se exerceant.

Pag. 1038. --- πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας νέαν ἡμῶν ἀποφαίνειν τὴν κατάστασιν. Int. *adversus eos qui contendunt novellam esse nostram conversationem.* Pro *conversationem* dicas potius *statum* vel *gentem.* Supra in principio hujus libri dixit, νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν. Eadem pag. Μῆδοι δὲ, inquit, μετὰ ταῦτα καὶ Πέρσαι φανεροὶ κατέστησαν, τῆς Ἀσίας ἐπάρξαντες, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἠπείρου Πέρσαι στρατεύσαντες. Perperam hic rursus priora transtulit, *Medi vero postea atque Persæ palam in Asia regnaverunt.* Mens vero Auctoris est, Medos & Persas innotuisse Græcis, postquam Asiæ imperarunt. Ceterum pro ἡμετέρας ἠπείρου legisse videtur Int. ἑτέρας ἠπείρου. habet enim *alteram continentem:* quam lectionem veram arbitror.

Pag.

Pag. 1039. Ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, αὐτὰ μὲν ἐχ οἷων τε παρατίθεσθαι κἀκείνων.] Hæc ita vertuntur: *Inchoabo autem plurimum a literis Ægyptiorum, quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt:* Interpres hic corruptam sequutus est lectionem, unde mirum non est, si sensum Auctoris minus assequutus est. Pro ἐχ οἷων τε legit ille οὐκ οἴονται. habet enim, *non arbitrantur.* Sed nec ἐχ οἷων τε est absque vitio. legendum ἐχ οἷόν τε, h. e. *fieri non potest.* dein pro κἀκείνων lege τἀκείνων. Vera lectio est apud Eusebium *Præpar. Euang.* lib. x. cap. 13. αὐτὰ μὲν ἐν ἐχ οἷόν τε παρατίθεσθαι τἀκείνων. Totus locus Latine ita exprimatur: *Initium jam faciam primum ab Ægyptiorum literis. Ipsas quidem eorum literas ut proferam fieri non potest.* Ibidem paullo post; ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, καταθαρσήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἀνεστράτευσαν. Verbum postremum est vitiosum. lege ἐστράτευσαν, ut habet Euseb. syllaba enim ἀν perperam est repetita ex præcedente voce χώραν. Quod ad versionem horum verborum attinet, parum quoque accurata est, sc. *homines genere ignobiles, adepta fiducia, in provincia castra metati sunt.* Debuit: *audacter regionem invaserunt obscuri genere homines.*

Pag. 1041. Ὁ ἐκβαλὼν αὐτὲς ἐξ Αἰγύπτε βασιλεὺς Τέθμωσις.] Perperam hic rex *Tethmosis* vocatur, ut præter alios monuit eruditissimus

 Olea-

Olearius ad Philostratum pag. 226. ubi Julio Africano Ἀμῶς, Eusebio & Syncello Ἄμωσις dici docet. Philostratus loco dicto Ἄμασιν vocat. Vid. Marsham. *Can. Chron.* p. 315. & Cl. Perizon. *de Orig. Ægypt.* cap. XVIII. Verum nomen procul dubio est Ἄμωσις, unde obscurius pronunciato α, factum Ὄμωσις. pro O dein perperam lectum Θ. unde Θμῶσις. denique à dictante aliquo, qui monebat nomen hoc ab initio habere Θ, *thet*, factum videtur Θέτμωσις & Τέθμωσις.

Pag. 1043. De Aserumo postquam dixerat, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα, addit, οὗτος ἀπώλετο ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ Φίλητος. Sed pro ἐπὶ lege ὑπὸ: non enim dicitur ἀπολέσθαι vel ἀποθανεῖν ἐπί τινος, sed ὑπό τινος pro *perire* vel *interfici ab aliquo.* sic 1 Cor. x. 9. ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. vers. 10. ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Lucian. Dial. *Merc. & Char.* νῦν δὲ ἢ φαρμάκῳ τις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀποθανὼν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικός.

Eadem pag. Τῆς μὲν οὖν παρὰ Φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ προσθεῖναι πλείω; Obscure parumque accurate hæc ita redduntur: *Testimonio siquidem Phœnicum quid amplius oportet apponi?* Τῆς μαρτυρίας hic non est genitivus qui pendet à comparativo πλείω, sed à suppressa præpositione ἐκ. Sensus enim est: Ex Phœnicum de gente nostra testimonio quid opus est plura adscribere, quam quæ jam produxi?

Pag. 1044. Ἐπειδήπερ ἀφεστῶτας αὐτοὺς ὑπέθετο.]

θετο.] Pro ὑπέθετο lege ἐπύθετο, *postquam audivit*, vel *intellexit eos defecisse.* sic pag. 1053. ὡς ἐπύθετο *postquam intellexit.* Ibidem paullo post verba illa, Εἶθ' ἑξῆς ὑποκαταβὰς ὀλίγον ὁ Βηρωσσὸς, πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀρχαιότητος ἱστοριογραφίᾳ, in versione Rufini plane omissa sunt. significant autem: *Deinde inferius paullo hæc iterum refert Berosus in Antiquitatibus.*

CAP. XXVIII.

Josephus emendatur. Quid ἐπισύστασις. Ἐγχειρίζειν. Αὐχαλέος. *Interpres notatur.* Παρατυχεῖν τοῖς πράγμασι, rebus interesse. *Lectio Josephi nova distinctione juvatur. Quid* ἀνενεγκεῖν τινι τὴν ἐπιθυμίαν. *Differunt* παρατίθεσθαι *&* ἐκτίθεσθαι. *Rursus notatur Interpres.*

IOsephus lib. I. contra Apionem pag. 1045. perempto, inquit, Laborosardocho, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῷ ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισάσεως.] Eusebius *Præparat. Euang.* lib. IX. cap. 40. hæc melius exhibet, sc. τινι τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. quæ vera videtur lectio: nam τῷ hic locum non habet, ut nec vox ἐπιστάσεως, quæ *instantiam* significat; sed recte se habet vox ἐπισυστάσεως, quæ significat *conspirationem*, qua plures in aliquem insurgunt. Observavi aliquando à librariis alteram vocem pro altera

 scri-

ſcriptam. ſic 2 *Corinth.* XI. 28. recepta lectio quidem habet ἐπισύστασις. ſed Mſti quidam, ἐπίστασις. forſan ex ſcribendi compendio ortum. Sub finem ejuſdem pag. Τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρίσαντος αὑτὸν πρότερον. Lege ἐγχειρίσαντος αὑτὸν πρότερον. quod non eſt *prius ſupplicante*, ut habet verſio Latina, ſed, *quum prius ſe dedidiſſet.* Sic ἐγχειρίζειν *Bell. Jud.* lib. I. cap. 14. in fine, & ἐγχειρίζειν τινά τινι B. J. I. 5. ἐγχειρίζειν χωρίον τινὶ lib. VII. 25.

Pag. 1047. dicit Joſephus, Chœrilum antiquum poëtam gentis Judæorum meminiſſe hiſce verſibus:

Τῷ δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες·
Ὤκουν δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ παρὰ λίμνῃ,
Αὐχμαλέοι &c.

An Αὐχμαλέοι ſit vox Græca, dubito. nuſquam certe mihi ea occurrit. Scribendum cenſeo Αὐχαλέοι, quod Heſych. exponit σεμνοὶ, *graves, venerabiles.*

Pag. 1049. Ἔτι γε μὴν ὅτι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνεστρατεύοντο, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ μεμαρτύρηκεν. οἷς αὐτὸς παρατυχεῖν φησὶν ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου κατὰ τὴν στρατείαν γενομένοις, ταῦτα παραθήσομαι.] Quam pericopam minus recte intellexit vetus Interpres, qui ita: *Inſuper autem, quia & cum Alexandri regis ſucceſſoribus poſtea militarunt, teſtatur hoc modo,*

modo, dicens ea quæ cognoverit à viro Judæo in expeditione constituto: cujus verba subjiciam. Tu potius vertas in hunc modum: *Sed præterea testis est, militasse nos cum Alexandro, & postea cum ejus successoribus. Subjiciam quibus ipse se interfuisse narrat, ab homine quodam Judæo gesta in expeditione.* Ut alia mittam, videtur Interpres vetus pro γενομένοις legisse γενομένου. perperam. vertit enim *constituto.* præterea male construxit παρατυχεῖν cum illis ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου. nec παρατυχεῖν ὑπό τινος significat *cognoscere ab aliquo.* παρατυχεῖν construi debet cum οἷς, denotatque παρατυχεῖν τοῖς πράγμασι, *rebus interesse.* sic *Prolog.* B. J. p. 705. Οἱ μὲν οὐ παρατυχόντες τοῖς πράγμασι, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες, *qui rebus ipsis non interfuerunt, sed ex aliorum relatu collegerunt.* dein eadem pag. τοῖς ὕστερον παρατυχὼν, *iis quæ postea gesta sunt interfui.* Denique αὐτὸς παρατυχεῖν dicitur, non αὐτὸν vel ἑαυτὸν, quia manetur in eadem persona. Paullo inferius in eadem pag. narratur de vate, qui dum augurium captabat, omnes subsistere jubebat: interroganti autem Mosollamo optimo sagittario, quam ob caussam subsisterent omnes, respondit vates avem monstrans: ἐὰν μὲν αὐτοῦ μένῃ, προσμένειν συμφέρειν πᾶσιν, hoc est, *si quidem ibi manserit avis, expedire omnibus, si manerent.* Vetus Interpres sine ullo sensu habet: *quod si quidem expediret, eis ut manerent omnes,*

nes, *staret avis.* Verba quæ mox sequuntur, malim paullo aliter distinguere. In recepta lectione ita habetur, ἐὰν δὲ εἰς τοὔπισθεν, ἀναχωρεῖν, αὖθις σιωπήσας καὶ παρελκύσας τὸ τόξον ἔβαλε. vocula αὖθις mihi referenda videtur ad τὸ ἀναχωρεῖν, non ad σιωπήσας, hoc modo: ἀναχωρεῖν αὖθις, σιωπήσας, *rursus recedere: tacens* &c. non vero *recedere: rursum tacens.* ut hic ἀναχωρεῖν αὖθις, ita Ælian. V.H. 1. 6. ὑποστρέφειν αὖθις.

Pag. 1052. de Amenophi dicit, τοῦτον ἐπιθυμῆσαι θεῶν γενέσθαι θεατὴν, --- ἀνενεγκεῖν δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ὁμωνύμῳ μὲν αὐτῷ Ἀμενώφει, πατρὸς δὲ Παάπιος ὄντι.] Quæ ita legis in versione vetere: *hunc & Deorum fuisse contemplatorem, --- & implesse desiderium ejus sacerdotem Amenophin natum ex patre Papio.* At ἀνενεγκεῖν τὴν ἐπιθυμίαν τινὶ non est *implere desiderium alicujus*; sed *desiderium suum referre ad aliquem*, vel *communicare cum aliquo*, quod etiam ἀνατίθεσθαί τινι dicitur. Totam pericopam sic verte: *hunc concupivisse Deorum spectatorem esse, & hoc suum desiderium communicasse cum Paapiis cujusdam filio, cui idem cum eo nomen erat Amenophis.*

Pag. 1053. de Osarsupho Heliopolitano Pontifice, Ὁ δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς νόμον ἔθετο, μήτε τῶν μάλιστα ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ἱερῶν ἀπέχεσθαι μηδενὸς, πάντα τε θύειν καὶ ἀναλοῦν.] Ante hæc verba μήτε τῶν μάλιστα ex textu Græco excidisse

viden-

videntur illa, μήτε θεοὺς προσκυνεῖν. legit enim ea Rufinus, qui in versione sua habet, *ut neque Deos adorarent, neque ab animalibus, quæ præcipue sacra apud Ægyptios erant, se penitus abstinerent.* Colligi hoc prætérea potest ex iis quæ in fine pag. seq. habentur: καὶ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι, μήτε θεοὺς προσκυνεῖν, μήτε τῶν ἐπ' Αἰγύπτῳ θρησκευομένων ζώων ἀπέχεσθαι, πάντα δὲ θύειν καὶ κατεσθίειν. ubi eadem fere quæ hic. ceterum ista πάντα τι θύειν καὶ ἀναλοῦν, i. e. *& ut omnia mactarent atque consumerent*, hic sunt præterita in versione. Sed pro τι legerim potius δὲ, ut in verbis quæ modo allegavi ex pag. seq. πάντα δὲ θύειν καὶ κατεσθίειν. Eadem pag. de eodem Osarsupho narratur, misisse eum legatos pastores, qui à Tethmose pulsi venerant in urbem Hierosolymam, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους συνατιμασθέντας δηλώσας, ἠξίου συνεπιστρατεύειν ὁμοθυμαδὸν εἰς Αἴγυπτον· ἐπάξειν μὲν οὖν αὐτοὺς ἐπηγγείλατο πρῶτον μὲν εἰς Αὔαριν τὴν προγονικὴν αὐτῶν πατρίδα, καὶ τὰ ἐπιτήδεια παρέξειν ἀφθόνως, ὑπερμαχήσεσθαι δὲ ὅτε δέοι, καὶ ῥᾳδίως ὑποχείριον αὐτοῖς τὴν χώραν ποιήσειν. Hoc est secundum versionem Latinam: *causas suas & aliorum qui simul fuerant exonerati, significans, & poscens ut pariter contra Ægyptum castrametarentur. promisitque eos fore venturos, primum quidem in Auarim progenitorum suorum provinciam, & necessaria populis abundantius exhibenda: pugnatu-*

naturos autem opportuno tempore, & provinciam facillime subdituros. Multa in hac pericopa inepte sunt expressa, & contra mentem Josephi, quæ, ni fallor, hæc est, *& manifestatis iis quæ sibi aliisque ignominiose habitis acciderant, rogavit ut una expeditionem facerent in Ægyptum, promisitque se primum eos ducturum Abarin avitam suam patriam, & necessaria se copiose exhibiturum turbæ, propugnaturum autem quum opus foret, & facile regionem sub potestatem eorum redacturum.* Ibidem mox minus intellexit hæc verba, τά τε ἱερὰ ζῶα τὰ πρῶτα μάλιστα ἐν τοῖς ἱερεῖς τιμώμενα ὥς γ' ἑαυτὸν μετεπέμψατο, vertens, *animalia sacra, & quæ præcipue à sacerdotibus honorabantur, ante præmisit.* debuit: *& animalia sacra, maxime illa quæ præcipue in templis colebantur, ad se arcessivit:* Paullo post: τὸν δ' υἱὸν Σέθων --- πενταέτη ὄντα, ἐξέθετο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον, quod non est, ut habet ille, *filium apud suum commendavit amicum.* hoc Græce diceretur, παρέθετο τῷ ἑαυτοῦ φίλῳ; sed ἐξέθετο est *transportandum curavit ad amicum.* ita Cicero ad Atticum VII. 17. *pueros* ὑπεκθέμενος *in Græciam.*

In eadem pag. totum hoc membrum, οὐχ ἧττόν γε καὶ στρατόπεδον Αἰθιοπικὸν πρὸς φυλακὴν ἐπέταξε τοῖς παρ' Ἀμενώφεως τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῶν ὁρίων τῆς Αἰγύπτου, omisit vetus Interpres. Et hoc quod in fine paginæ habetur, non satis intellexit,

lexit, οὐδὲ ἱεροσυλοῦντες οὐδὲ λυμαινόμενοι ξόανα θεῶν ἠρκοῦντο, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζώων χρώμενοι διετέλουν. *ſacrilegia* (hæc ſunt ejus verba) *facientes, & Deorum idola devaſtantes, ſed etiam ipſa ſacra animalia quæ colebantur crudeliſſime diſcerpſerunt.* Ego potius ſic interpretarer: *neque ſacrilegia committere, aut Deorum ſimulacra vaſtare ſatis habebant; ſed iiſdem etiam continuo utebantur ad aſſandas carnes animalium ſacrorum quæ cultu divino afficiebantur.*

CAP. XXIX.

Menda quædam apud Heſychium ſublata, in vocibus ab Α, Β, Γ, Δ, Ε, *incipientibus. In quibuſdam vero lectio vulgata contra doctorum hominum ſententiam adſeritur & adſtruitur.*

IN *Obſervationibus meis Miſcell.* ante triennium fermè editis, ex Heſychii Lexico quædam emendare & illuſtrare conatus fui. Quoniam autem poſt illa ad idem Lexicon alia quædam nova adnotavi, quæ lucem aliquam locis nonnullis obſcuris aut corruptis afferre queant, viſum fuit ea heic ſubjicere.

Ἀνάνδυσις, ἀναβίωσις, ἀνάπαυσις, ἀνάνηψις.] Vir Doctus pro Ἀνάνδυσις emendat ἀνάνηψις, & pro ἀνάνηψις, ἀνάληψις. Sed infeliciter. Nihil ego mutaverim. Videtur enim Heſychius in animo habuiſſe locum LXX. Intt. Pſalm. LXXII. 4. Ὅτι

4. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάλυσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, ubi Hesych. ἀνάλυσις interpretatus est ἀναβίωσις, vel ἀνάπαυσις, (Versio Arabica heic etiam habet *requies* sic enim illa: *non est enim requies in morte eorum:*) vel ἀνάνηψις, *evigilatio.*

Ἀποτεθρίακεν, ἀποπεφύλακεν &c.] Forte φύλλακεν, inquit Sopingius. Sed legendum haud dubie ἀποπεφύλλικεν. Suidas, Ἀποτεθρίακεν ἀντὶ τοῦ ἔτιλεν, ψιλὸν εἰργάσατο. κυρίως δὲ, ἀπεφύλλισε συκᾶς. θρῖα γὰρ τὰ φύλλα τῆς συκῆς. vid. etiam Schol. Aristoph. ad *Acharn* p. 378.

Βρυλλῶν, ὑποπίνων.] Lege mutato accentu Βρύλλων. est ex Aristoph. *Equit.* p. 352. Ἥδομαι βρύλλων. ubi Schol. ἐξαπατώμενος, ὑποπίνων καὶ μεθύων.

• Γύπας --- οἱ δὲ τὰς κατὰ γῆν οἰκήσεις· οἱ δὲ σπήλαια καὶ ἐν πάρμα τὰ αὐτά.] Soping. pro ἐν πάρμα legendum conjecit γυπάνια. Ego minori mutatione legerim γυπάρια quam vocem sic usurpavit Comicus in *Equit.* p. 355. Καὶ γυπαρίοις &c. ubi vetus enarrator inter alia, ἀντὶ τοῦ ἐν φωλεοῖς καὶ καλιαῖς καὶ στενοῖς χωρίοις. Κρατῖνος δέ φησιν, ὅτι πᾶσαν στενὴν κατάδυσιν οὕτως ὠνόμαζον.

Διακαυκανιάσαι, διακληρώσασθαι· καυνὸς γὰρ ὁ κλῆρος.] Recte conjecerunt Salmas. & Junius scribendum Διακαυνιάσαι. sic Schol. Comici in *Pac.* p. 764. Ἢ διακαυνιάσαι exponit ἢ διακληρώσασθαι --- καυνὸν γὰρ τὸν κλῆρόν φασι.

Διακναῖσαι, κατεργάσασθαι, ἀπολέσαι, βλάψαι.]

ψαι.] Frustra ad καίνω, φόνος refert Guietus. est enim à κόνις *pulvis:* deductum ab iis qui in pulvere certant & antagonistas vincunt. illi proprie dicuntur Διακονίσαι. quomodo hic legendum pro corrupto Διακονῆσαι. Infra Hesych. Κονίσασθαι, ἀγωνίσασθαι. & Comic. *Concionatr.* p. 759. Κόνισαι, quod Schol. exponit γυμνάσθητι.

Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοὶ, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων λευκόπωλοι καλούμενοι.] Recte conjecit Salmasius legendum, Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοὶ, καὶ ὁ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων &c. Respexit forsan Hesychius ad Euripidis locum in *Herc. Furente* vers. 29.

Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς
Ἀμφίον', ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός.

Priusquam terræ dominarentur in equis albis equitantes Amphion & Zethus filii Jovis. ad quem locum vide etiam doctissimum Barnesium.

Διαπεύσιον ... δεξιόν] At Διαπεύσιον nequaquam signif. *dextrum*, sed *penetrans*, *pervadens*, lege itaque διεξιὸν, quod participium est verbi διέξειμι.

Εἴρησεν, εἰσεφθάρη.] Pro Εἴρησεν lege meo periculo Εἰσήρρησεν. ex Aristoph. Equit. p. 388. Ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν, *a quo tempore cum suo malo introiit ædes.* & series literarum hoc etiam poscit apud Hesych. Simplex ἤρρησε habet etiam Comicus p. 267.

Ἐκμυξανθεὶς, ἐκπαιδευθείς.] Lege ἐκπιεσθείς.

Ἐνδατέμενος, μεγαλιζόμενος, καὶ οἱονεὶ κακῶς λέγων σφοδρῶς, ἀπὸ τῆς δαιτός.] Forsan ex Euripide in *Herc. Fur.* verſ. 218. λόγους ὀνειδιστῆρας ἐνδατούμενος.

Ἐπιδότας, Ζεὺς ἐν Λακεδαίμονι.] Locum hunc illuſtrabit Pauſanias, qui lib. III. cap. 18. in fine: Λακεδαιμόνιοί τε ἐκπλεύσαντες πρόσταγμα ἐκ Δελφῶν, τάς τε εἰκόνας ἐποιήσαντο τὰς χαλκᾶς, καὶ δαίμονα τιμῶσιν Ἐπιδώτην, τὸ ἐπὶ Παυσανίᾳ τοῦ ἱκεσίου μήνιμα ἀποτρέπειν τὸν Ἐπιδώτην λέγοντες τοῦτον. h. e. *Et Lacedæmonii Delphici Apollinis juſſu & æneas imagines poſuerunt, & Deum colunt Epidoten, Hiceſii Jovis iram ob Pauſaniæ facinus accenſam, ab hoc Epidota dicentes averti.* Vide ibi Interpretes.

Ἐπινείσεται, ἐπελεύσεται.] Sic ἐπινίσσεται pro *adit* apud Callimachum *H. in Jovem* verſ. 13.

- - - οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης
Ἑρπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπινίσσεται &c.

Neque eum aliquod indigum Lucinæ animal, neque mulier adit ulla. Mirum eſt, quod Cl. Bentlejus hic verbum ἐπινίσσεται loco cedere jubet: nuſquam enim id legere meminit, & pro eo reponit ἐπιμίσγεται. Et quia ſic ſtare nequit vocula μιν, quæ caſus quarti eſt, & pendet à verbo ἐπιμίσγεται, quod dativum requirit, mutat eam in μὲν vel in οἱ. Mirum, inquam, quod Vir doctiſſimus, qui poëtas Græcos legit, nunquam ἐπινίσσεται legerit, quum Theo-

Theocritus hoc ipſum habeat, *Idyll.* VIII. verſ. 43.

Ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται.

Quo pulcra puella advenit. Heſych. Νίσσεσθαι, πορεύεσθαι. & Νισσόμενον, πορευόμενον. Paſſim apud poëtas νέομαι, νείσσομαι & νίσσομαι cum quibusvis compoſitis reperiuntur. Exempla addere alia, quoniam e Lexicis peti poſſunt etiam vulgaribus, non libet.

Ἔσκαλλον, ἀνεζήτουν, ἀνηρεύνουν.] Lege ἀνηρεύνων.] Sumſit haud dubie Heſych. ex Pſalmo LXXVI. 6. ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου. ubi Sym. ἀνηρεύνων τὸ πνεῦμά μου.

Ἐσκυθισμένης, κεκαρμένης.] ſic Euripid. *Electra* verſ. 24.

Καὶ κρᾶτα, πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ.

Et caput & cincinnos abraſos novacula.

Vid. ibi Barneſ.

Ἐυαλδῆ, ἐυαυξῆ.] Habet vocem Plutarchus in *Sympoſ.* IV. p. 664. Τὰ δὲ ἀστραπαῖα τῶν ὑδάτων ἐυαλδῆ καλοῦσιν οἱ γεωργοὶ καὶ νομίζουσι.

Ἐυμελίης, ἔυοπλος ἀπὸ τῆς μελίας.] Pone comma poſt ἔυοπλος. Apollon. Rhod. I. 95. ubi Schol. Ἐυμελίης, πολεμικὸς, ἀπὸ τῆς μελίας.

Ἐχύη, ἐχύθη, ἐχύμηζαν, ἤρτηζαν.] Diſtingue & lege: Ἐχύη, ἐχύθη. Ἐχύμηζαν, ἤρτυζαν. Poſterius illud Ἐχύμησαν eſt ex Ariſtoph. *Theſmoph.* p. 775. οἵπερ ἁρμονίαν ἐχύμηζαν: *qui concentum paraverunt.*

CAP.

CAP. XXX.

Hesychius emendatur in vocibus quibusdam quæ incipiunt ab Η, Θ, Ι, Κ.

Ηγηλάζει --- ἄγχει.] Lege ἄγει. habet Apollon. p. 14. & Homer. *Odyss.* XI. sub finem.

Θαλλοφόρους -- λέγει ἢ γέροντας θαλλοφόρους πρὸς οὐδὲν ἄλλο χρησίμους ἢ πρὸς τὸ θάλλειν.] Meursius pro τὸ θάλλειν legit τὸν θάλλον. sed nihil dubito quin scripserit Hesychius, τὸ θαλλοφορεῖν & respexerit ad locum Comici in *Vespis* p. 467. ubi Chorus senum,

Θαλλοφόροι καλοίμεθ'.

Scholia ibi inter alia etiam habent, ὡς οὖν εἰς οὐδὲν ὄντων χρησίμων αὐτῶν ἔξω τοῦ θαλλοφορεῖν, οὕτως αὐτοὺς ἐπέσκωψεν.

Θωρηκίων, οὗτος πλώνης ἦν.] Lege Θωρυκίων. designare enim voluit Lexicographus Thorycionem illum Aristophanis in *Ranis* p. 229. quem εἰκοστολόγον ibi vocat.

Ἴλεος, θηρίου φωλεός.] Scribe Ἰλεός. Theocr. *Id.* XV. v. 9. Ἰλεὸν, συνοίκησιν. ubi Schol. Ἰλεὸν ἢ λέγουσι τὸν φωλεὸν, ἀπὸ τοῦ τὰ ἑρπετὰ ἐν αὐτῷ εἰλεῖσθαι. supra Hesych. Εἰλεὸς, ἡ τοῦ θηρίου κατάδυσις.

Ἰππούμενοι, πιεζόμενοι. † Ἰπποῦμενος, πιεζόμενος. ἢ τὸ ἐμπίπτον ξύλον τοῖς μυσίν.] Legendum videtur Ἰπούμενοι & Ἰπούμενος per simplex π. Ἰπούμενος habet Aristoph. *Equit.* p. 344.

Ἰπου-

Ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς·

ubi vetus Schol. Ἰπούμενος, θλιβόμενος ταῖς συντελείαις, ταῖς ἀπαιτήσεσι, πολλὰ εἰσφέρειν ἀναγκαζόμενος, πιεζόμενος.

Καγχαλόωσσι, χαίρουσι, γελῶσι.] Inv. Καγχαλόωσι dele unum σ. Est ex Homer. *Iliad.* γ. v. 43.

Κάλχη, --- πορφύρα.] Schol. Sophocl. *Antigone* verſ. 20. Κάλχη γάρ ἐστιν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας.

Καταπεπολτωμένα, καταπεπινακωμένα.] Lege Καταπεπελτωμένα, καταπεπιναρωμένα, ex Joſuæ IX. 5. Vid. quæ notavi ad Suidam in v. Πεπελτωμένα.

Καταχὴ, καταχάσμησις, κατάγελως.] Vitioſum eſt illud Καταχὴ, pro quo legendum Καταχήνη. Comicus in *Veſp.* p. 470.

--- καὶ τοῦ πλούτου καταχήνη.

ubi vetus Scholiaſtes Καταχήνη explicat κατάγελως, καταφρόνησις. & in *Eccleſiaz.* p. 742. καὶ καταχήνη τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλή. ubi Schol. etiam κατάγελως.

Καπερκτὰ -- ἐρεικώμενα.] Lege ἐρεικόμενα. vid. Schol. Comic. ad *Ranas* p. 236.

Καπεγνωσμένος, καπακεκρυμμένος.] Mendoſum eſt poſterius vocabulum. pro eo reponendum καπακεκαρμένος.

Κατίκταν, ἀπέπιναν.] Et hoc poſterius vitioſe ſcriptum. Tu reſcribe ἀπέκτειναν.

Κικλίσκει, καλεῖ.] Lege Κικλήσκει. Habet Comicus in Nubibus.

Olearius ad Philoſtratum pag. 226. ubi Julio Africano Ἀμῶς, Euſebio & Syncello Ἄμωσις dici docet. Philoſtratus loco dicto Ἄμασιν vocat. Vid. Marsham. *Can. Chron.* p. 315. & Cl. Perizon. *de Orig. Ægypt.* cap. XVIII. Verum nomen procul dubio eſt Ἄμωσις, unde obſcurius pronunciato α, factum Ὄμωσις. pro O dein perperam lectum Θ. unde Θμῶσις. denique à dictante aliquo, qui monebat nomen hoc ab initio habere Θ, *thet*, factum videtur Θέτμωσις & Τέθμωσις.

Pag. 1043. De Aſerumo poſtquam dixerat, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα, addit, οὗτος ἀπώλετο ἐπὶ τοῦ ἀδελφοῦ Φίλητος. Sed pro ἐπὶ lege ὑπό: non enim dicitur ἀπολέσθαι vel ἀποθανεῖν ἐπί τινος, ſed ὑπό τινος pro *perire* vel *interfici ab aliquo*. ſic 1 Cor. x. 9. ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. verſ. 10. ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Lucian. Dial. *Merc. & Char.* νυνὶ δὲ ἢ φαρμάκῳ τις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀποθανὼν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικός.

Eadem pag. Τῆς μὲν οὖν περὶ Φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ προσθεῖναι πλείω; Obſcure parumque accurate hæc ita redduntur: *Teſtimonio ſiquidem Phœnicum quid amplius oportet apponi?* Τῆς μαρτυρίας hic non eſt genitivus qui pendet à comparativo πλείω, ſed à ſuppreſſa præpoſitione ἐκ. Senſus enim eſt: Ex Phœnicum de gente noſtra teſtimonio quid opus eſt plura adſcribere, quam quæ jam produxi?

Pag. 1044. Ἐπειδήπερ ἀφεστῶτας αὐτοὺς ὑπέθετο.]

θετο.] Pro ὑπέθετο lege ἐπύθετο, *postquam audivit*, vel *intellexit eos defecisse*. sic pag. 1053. ὡς ἐπύθετο *postquam intellexit*. Ibidem paullo post verba illa, Εἶθ' ἑξῆς ὑποκαταβὰς ὀλίγον ὁ Βηρωσσὸς, πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀρχαιότητος ἱστοριογραφίᾳ, in versione Rufini plane omissa sunt. significant autem: *Deinde inferius paullo hæc iterum refert Berosus in Antiquitatibus.*

CAP. XXVIII.

Josephus emendatur. Quid ἐπισύστασις. Ἐγχειρίζειν. Αὐχαλέος. *Interpres notatur.* Παρατυχεῖν τοῖς πράγμασι, rebus interesse. *Lectio Josephi nova distinctione juvatur. Quid* ἀνενεγκεῖν τινι τὴν ἐπιθυμίαν. *Differunt* παρατίθεσθαι & ἐκτίθεσθαι. *Rursus notatur Interpres.*

IOsephus lib. I. contra Apionem pag. 1045. perempto, inquit, Laborosardocho, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῷ ἐκ Βαβυλῶνος, ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστάσεως.] Eusebius *Præparat. Euang.* lib. IX. cap. 40. hæc melius exhibet, sc. τινι τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. quæ vera videtur lectio: nam τῷ hic locum non habet, ut nec vox ἐπιστάσεως, quæ *instantiam* significat; sed recte se habet vox ἐπισυστάσεως, quæ significat *conspirationem*, qua plures in aliquem insurgunt. Observavi aliquando à librariis alteram vocem pro altera

 scri-

ſcriptam. ſic 2 *Corinth.* XI. 28. recepta lectio quidem habet ἐπισύστασις. ſed Mſti quidam, ἐπίστασις. forſan ex ſcribendi compendio ortum. Sub finem ejuſdem pag. Τοῦ δὲ Ναβοννήδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχειρίσαντος αὐτὸν πρότερον. Lege ἐγχειρίζαντος αὐτὸν πρότερον. quod non eſt *prius ſupplicante*, ut habet verſio Latina, ſed, *quum prius ſe dedidiſſet*. Sic ἐγχειρίζειν *Bell. Jud.* lib. I. cap. 14. in fine, & ἐγχειρίζειν τινά τινι B. J. I. 5. ἐγχειρίζειν χωρίον τινὶ lib. VII. 25.

Pag. 1047. dicit Joſephus, Chœrilum antiquum poëtam gentis Judæorum meminiſſe hiſce verſibus:

Τῶ δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες·
Ὤκουν δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ παρὰ λίμνῃ,
Αὐχμαλέοι &c.

An Αὐχμαλέοι ſit vox Græca, dubito. nuſquam certe mihi ea occurrit. Scribendum cenſeo Αὐχαλέοι, quod Heſych. exponit σεμνοὶ, *graves*, *venerabiles*.

Pag. 1049. Ἔτι γε μὴν ὅτι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνεστρατεύοντο, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ μεμαρτύρηκεν. οἷς αὐτὸς παρατυχεῖν φησὶν ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου κατὰ τὴν στρατείαν γενομένοις, ταῦτα παραθήσομαι.] Quam pericopam minus recte intellexit vetus Interpres, qui ita: *Inſuper autem, quia & cum Alexandri regis ſucceſſoribus poſtea militarunt, teſtatur hoc modo,*

modo, dicens ea quæ cognoverit à viro Judæo in expeditione constituto: cujus verba subjiciam. Tu potius vertas in hunc modum: *Sed præterea testis est, militasse nos cum Alexandro, & postea cum ejus successoribus. Subjiciam quibus ipse se interfuisse narrat, ab homine quodam Judæo gesta in expeditione.* Ut alia mittam, videtur Interpres vetus pro γινομένοις legisse γινομένου. perperam. vertit enim *constituto.* præterea male construxit παρατυχεῖν cum illis ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου. nec παρατυχεῖν ὑπό τινος significat *cognoscere ab aliquo.* παρατυχεῖν construi debet cum οἷς, denotatque παρατυχεῖν τοῖς πράγμασι, *rebus interesse.* sic *Prolog.* B. J. p. 705. Οἱ μὲν οὐ παρατυχόντες τοῖς πράγμασι, ἀλλ' ἀκοῇ συλλέγοντες, *qui rebus ipsis non interfuerunt, sed ex aliorum relatu collegerunt.* dein eadem pag. τοῖς ὕστερον παρατυχών, *iis quæ postea gesta sunt interfui.* Denique αὐτὸς παρατυχεῖν dicitur, non αὐτὸν vel ἑαυτὸν, quia manetur in eadem persona. Paullo inferius in eadem pag. narratur de vate, qui dum augurium captabat, omnes subsistere jubebat: interroganti autem Mosollamo optimo sagittario, quam ob caussam subsisterent omnes, respondit vates avem monstrans: ἐὰν μὲν αὐτοῦ μένῃ, προσμένειν συμφέρειν πᾶσιν, hoc est, *si quidem ibi manserit avis, expedire omnibus, si manerent.* Vetus Interpres sine ullo sensu habet: *quod si quidem expediret, eis ut manerent omnes,*

nes, *ſtaret avis.* Verba quæ mox ſequuntur, malim paullo aliter diſtinguere. In recepta lectione ita habetur, ἐὰν δὲ εἰς τοὔπισθεν, ἀναχωρεῖν, αὖθις σιωπήσας καὶ παρελκύσας τὸ τόξον ἔβαλε. vocula αὖθις mihi referenda videtur ad τὸ ἀναχωρεῖν, non ad σιωπήσας, hoc modo: ἀναχωρεῖν αὖθις, σιωπήσας, *rurſus recedere: tacens* &c. non vero *recedere: rurſum tacens.* ut hic ἀναχωρεῖν αὖθις, ita Ælian. V.H. 1.6. ὑποστρέφειν αὖθις.

Pag. 1052. de Amenophi dicit, τοῦτον ἐπιθυμῆσαι θεῶν γενέσθαι θεατὴν, --- ἀνενεγκεῖν δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ὁμωνύμῳ μὲν αὐτῷ Ἀμενώφει, πατρὸς δὲ Παάπιος ὄντι.] Quæ ita legis in verſione vetere: *hunc & Deorum fuiſſe contemplatorem*, - - - *& impleſſe deſiderium ejus ſacerdotem Amenophin natum ex patre Papio.* At ἀνενεγκεῖν τὴν ἐπιθυμίαν τινὶ non eſt *implere deſiderium alicujus*; ſed *deſiderium ſuum referre ad aliquem*, vel *communicare cum aliquo*, quod etiam ἀνατίθεσθαί τινι dicitur. Totam pericopam ſic verte: *hunc concupiviſſe Deorum ſpectatorem eſſe*, *& hoc ſuum deſiderium communicaſſe cum Paapiis cujuſdam filio, cui idem cum eo nomen erat Amenophis.*

Pag. 1053. de Oſarſupho Heliopolitano Pontifice, Ὁ δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῖς νόμον ἔθετο, μήτε τῶν μάλιστα ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ἱερῶν ἀπέχεσθαι μηδενὸς, πάντα τε θύειν καὶ ἀναλοῦν.] Ante hæc verba μήτε τῶν μάλιστα ex textu Græco excidiſſe viden-

videntur illa, μήτε θεοὺς προσκυνεῖν. legit enim ea Rufinus, qui in versione sua habet, *ut neque Deos adorarent, neque ab animalibus, quæ præcipue sacra apud Ægyptios erant, se penitus abstinerent.* Colligi hoc præterea potest ex iis quæ in fine pag. seq. habentur: καὶ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι, μήτε θεοὺς προσκυνεῖν, μήτε τῶν ἐπ' Αἰγύπτῳ θρησκευομένων ζώων ἀπέχεσθαι, πάντα δὲ θύειν καὶ κατεσθίειν. ubi eadem fere quæ hic. ceterum ista πάντα τε θύειν καὶ ἀναλοῦν, i. e. *& ut omnia mactarent atque consumerent*, hic sunt præterita in versione. Sed pro τε legerim potius δὲ, ut in verbis quæ modo allegavi ex pag. seq. πάντα δὲ θύειν καὶ κατεσθίειν. Eadem pag. de eodem Osarsupho narratur, misisse eum legatos pastores, qui à Tethmose pulsi venerant in urbem Hierosolymam, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους συναπιμασθέντας δηλώσας, ἠξίου συνεπιστρατεύειν ὁμοθυμαδὸν εἰς Αἴγυπτον· ἐπάξειν μὲν οὖν αὐτοὺς ἐπηγγείλατο πρῶτον μὲν εἰς Αὔαριν τὴν προγονικὴν αὐτῶν πατρίδα, καὶ τὰ ἐπιτήδεια παρέξειν ἀφθόνως, ὑπερμαχήσεσθαι δὲ ὅτε δέοι, καὶ ῥαδίως ὑποχείριον αὐτοῖς τὴν χώραν ποιήσειν. Hoc est secundum versionem Latinam: *causas suas & aliorum qui simul fuerant exonerati, significans, & poscens ut pariter contra Ægyptum castrametarentur. promisitque eos fore venturos, primum quidem in Auarim progenitorum suorum provinciam, & necessaria populis abundantius exhibenda: pugnatu-*

naturos autem opportuno tempore, & provinciam facillime subdituros. Multa in hac pericopa inepte sunt expressa, & contra mentem Josephi, quæ, ni fallor, hæc est, *& manifestatis iis quæ sibi aliisque ignominiose habitis acciderant, rogavit ut una expeditionem facerent in Ægyptum, promisitque se primum eos ducturum Abarin avitam suam patriam, & necessaria se copiose exhibiturum turbæ, propugnaturum autem quum opus foret, & facile regionem sub potestatem eorum redacturum.* Ibidem mox minus intellexit hæc verba, τά τε ἱερὰ ζῶα τὰ πρῶτα μάλιστα ἐν τοῖς ἱεροῖς τιμώμενα, ὡς γ' ἑαυτὸν μετεπέμψατο, vertens, *animalia sacra, & quæ præcipue à sacerdotibus honorabantur, ante præmisit.* debuit: *& animalia sacra, maxime illa quæ præcipue in templis colebantur, ad se arcessivit:* Paullo post: τὸν δὲ υἱὸν Σέθων --- πεντάετη ὄντα, ἐξέθετο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον, quod non est, ut habet ille, *filium apud suum commendavit amicum.* hoc Græce diceretur, παρέθετο τῷ ἑαυτοῦ φίλῳ; sed ἐξέθετο est *transportandum curavit ad amicum.* ita Cicero ad Atticum VII. 17. *pueros* ὑπεκθέμενος *in Græciam.*

In eadem pag. totum hoc membrum, οὐχ ἥττόν γε καὶ στρατόπεδον Αἰθιοπικὸν πρὸς φυλακὴν ἐπέταξε τοῖς παρ' Ἀμενώφεως τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῶν ὁρίων τῆς Αἰγύπτου, omisit vetus Interpres. Et hoc quod in fine paginæ habetur, non satis intellexit,

lexit, ὐδὲ ἱεροσυλῦντες ὐδὲ λυμαινόμενοι ξόανα θεῶν ἠρκῦντο, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀπτανίοις τῶν σεβαστευομένων ἱερῶν ζώων χρώμθροι διετέλυν. *sacrilegia* (hæc sunt ejus verba) *facientes, & Deorum idola devastantes, sed etiam ipsa sacra animalia quæ colebantur crudelissime discerpserunt.* Ego potius sic interpretarer: *neque sacrilegia committere, aut Deorum simulacra vastare satis habebant; sed iisdem etiam continuo utebantur ad assandas carnes animalium sacrorum quæ cultu divino afficiebantur.*

CAP. XXIX.

Menda quædam apud Hesychium sublata, in vocibus ab Α, Β, Γ, Δ, Ε, *incipientibus. In quibusdam vero lectio vulgata contra doctorum hominum sententiam adseritur & adstruitur.*

IN *Observationibus meis Miscell.* ante triennium fermè editis, ex Hesychii Lexico quædam emendare & illustrare conatus fui. Quoniam autem post illa ad idem Lexicon alia quædam nova adnotavi, quæ lucem aliquam locis nonnullis obscuris aut corruptis afferre queant, visum fuit ea heic subjicere.

Ἀνάνδυσις, ἀναβίωσις, ἀνάπαυσις, ἀνάνηψις.] Vir Doctus pro Ἀνάνδυσις emendat ἀνάνηψις, & pro ἀνάνηψις, ἀνάληψις. Sed infeliciter. Nihil ego mutaverim. Videtur enim Hesychius in animo habuisse locum LXX. Intt. Psalm. LXXII.

 4. Ὅτι

ψαι.] Frustra ad καίνω, φόνος refert Guietus. est enim à κόνις *pulvis:* deductum ab iis qui in pulvere certant & antagonistas vincunt. illi proprie dicuntur Διακονίσαι. quomodo hic legendum pro corrupto Διακονῆσαι. Infra Hesych. Κονίσασθαι, ἀγωνίσασθαι. & Comic. *Concionatr.* p. 759. Κόνισαι, quod Schol. exponit γυμνάσθητι.

Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοὶ, Ζῆθος καὶ Ἀμφίων λευκόπωλοι καλούμενοι.] Recte conjecit Salmasius legendum, Διόσκουροι, οἱ Ἑλένης ἀδελφοὶ, καὶ ὁ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων &c. Respexit forsan Hesychius ad Euripidis locum in *Herc. Furente* vers. 29.

Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς
Ἀμφίον', ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός.

Priusquam terræ dominarentur in equis albis equitantes Amphion & Zethus filii Jovis. ad quem locum vide etiam doctissimum Barnesium.

Διαπεύσιον --- δεξιόν] At Διαπεύσιον nequaquam signif. *dextrum*, sed *penetrans*, *pervadens*, lege itaque διεξιὸν, quod participium est verbi διέξειμι.

Εἴρησεν, εἰσεφθάρη.] Pro Εἴρησεν lege meo periculo Εἰσήρρησεν. ex Aristoph. Equit. p. 388. Ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν, *a quo tempore cum suo malo introiit ædes.* & series literarum hoc etiam poscit apud Hesych. Simplex ἤρρησε habet etiam Comicus p. 267.

Ἐκμυξανθεὶς, ἐκπαιδθείς.] Lege ἐκπιεσθείς.

Ἐνδατέμενος, μεγαλζόμενος, καὶ οἱονεὶ κακῶς λέγων σφοδρῶς, ἀπὸ τῆς δαιτός.] Forsan ex Euripide in *Herc. Fur.* vers. 218. λόγους ὀνειδιστῆρας ἐνδατούμενος.

Ἐπιδότας, Ζεὺς ἐν Λακεδαίμονι.] Locum hunc illustrabit Pausanias, qui lib. III. cap. 18. in fine: Λακεδαιμόνιοί τε ἐκπλοῦντες πρόσταγμα ἐκ Δελφῶν, τάς τε εἰκόνας ἐποιήσαντο τὰς χαλκᾶς, καὶ δαίμονα τιμῶσιν Ἐπιδώτην, τὸ ἐπὶ Παυσανίᾳ τοῦ ἱκεσίου μήνιμα ἀποτρέπειν τὸν Ἐπιδώτην λέγοντες τοῦτον. h. e. *Et Lacedæmonii Delphici Apollinis jussu & æneas imagines posuerunt, & Deum colunt Epidoten, Hicesii Jovis iram ob Pausaniæ facinus accensam, ab hoc Epidota dicentes averti.* Vide ibi Interpretes.

Ἐπινείσεται, ἐπελεύσεται.] Sic ἐπινίσσεται pro *adit* apud Callimachum *H. in Jovem* vers. 13.

- - - οὐδέ τί μιν κεχρημένον Εἰλειθυίης
Ἑρπετὸν, οὐδὲ γυνὴ ἐπινίσσεται &c.

Neque eum aliquod indigum Lucinæ animal, neque mulier adit ulla. Mirum est, quod Cl. Bentlejus hic verbum ἐπινίσσεται loco cedere jubet: nusquam enim id legere meminit, & pro eo reponit ἐπιμίσγεται. Et quia sic stare nequit vocula μιν, quæ casus quarti est, & pendet à verbo ἐπιμίσγεται, quod dativum requirit, mutat eam in μὲν vel in οἱ. Mirum, inquam, quod Vir doctissimus, qui poëtas Græcos legit, nunquam ἐπινίσσεται legerit, quum

Theo-

Theocritus hoc ipſum habeat, *Idyll.* VIII. verſ. 43.

Ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται.

Quo pulcra puella advenit. Heſych. Νίσσεσθαι, πορεύεσθαι. & Νισσόμενον, πορευόμενον. Paſſim apud poëtas νέομαι, νείσσομαι & νίσσομαι cum quibusvis compoſitis reperiuntur. Exempla addere alia, quoniam e Lexicis peti poſſunt etiam vulgaribus, non libet.

Ἔσκαλλον, ἀνεζήτουν, ἀνηρεύνουν.] Lege ἀνηρεύνων.] Sumſit haud dubie Heſych. ex Pſalmo LXXVI. 6. ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου. ubi Sym. ἀνηρεύνων τὸ πνεῦμά μου.

Ἐσκυθισμένης, κεκαρμένης.] ſic Euripid. *Electra* verſ. 24.

Καὶ κρᾶτα, πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ.

Et caput & cincinnos abraſos novacula.

Vid. ibi Barneſ.

Ἐυαλδῆ, ἐυαυξῆ.] Habet vocem Plutarchus in *Sympoſ.* IV. p. 664. Τὰ δὲ ἀστραπαῖα τῶν ὑδάτων ἐυαλδῆ καλοῦσιν οἱ γεωργοὶ καὶ νομίζουσι.

Ἐυμελίης, ἔυοπλος ἀπὸ τῆς μελίας.] Pone comma poſt ἔυοπλος. Apollon. Rhod. I. 95. ubi Schol. Ἐυμελίης, πολεμικὸς, ἀπὸ τῆς μελίας.

Ἐχύη, ἐχύθη, ἐχύμηζαν, ἤρτηζαν.] Diſtingue & lege: Ἐχύη, ἐχύθη. Ἐχύμηζαν, ἤρτυζαν. Poſterius illud Ἐχύμησαν eſt ex Ariſtoph. *Theſmoph.* p. 775. ὅιπερ ἁρμονίαν ἐχύμηζαν: *qui concentum paraverunt.*

CAP.

CAP. XXX.

Hesychius emendatur in vocibus quibusdam quæ incipiunt ab Η, Θ, Ι, Κ.

Ἡγηλάζει --- ἄγχει.] Lege ἄγει. habet Apollon. p. 14. & Homer. *Odyss.* XI. sub finem.

Θαλλοφόρους -- λέγει ἢ γέροντας θαλλοφόρους πρὸς οὐδὲν ἄλλο χρησίμους ἢ πρὸς τὸ θάλλειν.] Meursius pro τὸ θάλλειν legit τὸν θάλλον. sed nihil dubito quin scripserit Hesychius, τὸ θαλλοφορεῖν. & respexerit ad locum Comici in *Vespis* p. 467. ubi Chorus senum,

Θαλλοφόροι καλοίμεθ'.

Scholia ibi inter alia etiam habent, ὡς οὖν εἰς οὐδὲν ὄντων χρησίμων αὐτῶν ἔξω τοῦ θαλλοφορεῖν, οὕτως αὐτοὺς ἐπέσκωψεν.

Θωρηκίων, οὗτος πλώνης ἦν.] Lege Θωρυκίων. designare enim voluit Lexicographus Thorycionem illum Aristophanis in *Ranis* p. 229. quem εἰκοστολόγον ibi vocat.

Ἴλεος, θηρίου φωλεός.] Scribe Ἰλεός. Theocr. *Id.* XV. v. 9. Ἰλεὸν, οὐκ οἴκησιν. ubi Schol. Ἰλεὸν ἢ λέγουσι τὸν φωλεὸν, ἀπὸ τοῦ τὰ ἑρπετὰ ἐν αὐτῷ εἰλεῖσθαι. supra Hesych. Εἰλεὸς, ἡ τοῦ θηρίου κατάδυσις.

Ἰπποῦμαι, πιέζομαι. † Ἰππούμενος, πιεζόμενος. ἢ τὸ ἐμπίπτον ξύλον τοῖς μυσίν.] Legendum videtur Ἰποῦμαι & Ἰπούμενος per simplex π. Ἰπούμενος habet Aristoph. *Equit.* p. 344.

Ἰπού-

Ἰπούμενος τοῖς εἰσφοραῖς·

ubi vetus Schol. Ἰπούμενος, θλιβόμενος ταῖς συντελείαις, ταῖς ἀπαιτήσεσι, πολλὰ εἰσφέρειν ἀναγκαζόμενος, πιεζόμενος.

Καγχαλόωσσι, χαίρουσι, γελῶσι.] Inv. Καγχαλόωσι dele unum σ. Est ex Homer. *Iliad.* γ. v. 43.

Κάλχη, --- πορφύρα.] Schol. Sophocl. *Antigone* verſ. 20. Κάλχη γάρ ἐστιν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας.

Καταπεπολτωμένα, καταπεπινακωμένα.] Lege Καταπεπελτωμένα, καταπεπιναρωμένα, ex Joſuæ IX. 5. Vid. quæ notavi ad Suidam in v. Πεπελτωμένα.

Καταχὴ, καταχάσμησις, κατάγελως.] Vitioſum eſt illud Καταχὴ, pro quo legendum Καταχήνη. Comicus in *Veſp.* p. 470.

- - - καὶ τοῦ πλούτου καταχήνη.

ubi vetus Scholiaſtes Καταχήνη explicat κατάγελως, καταφρόνησις. & in *Eccleſiaz.* p. 742. καὶ καταχήνη τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλή. ubi Schol. etiam κατάγελως.

Καπερικτά -- ἐρεικώμενα.] Lege ἐρεικόμενα. vid. Schol. Comic. ad *Ranas* p. 236.

Καπεγνωσμένος, κατακεκρυμμένος.] Mendoſum eſt poſterius vocabulum. pro eo reponendum κατακεκερμμένος.

Κατέκταν, ἀπέπιναν.] Et hoc poſterius vitioſe ſcriptum. Tu reſcribe ἀπέκτειναν.

Κικλίσκει, καλεῖ.] Lege Κικλήσκει. Habet Comicus in Nubibus. R Κικ-

Κωδὸς, ἄπαικτος, ἀπαράλλακτος.] Pro ἄπαικτος lege ἄπλεκτος.

CAP. XXXI.

Vulgata Hesychii lectio aliquot in locis ab Λ. Μ. Ν. Ο. *incipientibus vel asseritur contra aliorum sententiam, vel emendatur.*

Λακρατίδης, Ἀριστοφάνης φησὶ παλαιὸν Λακρατίδην, τὰ ψυχρὰ βουλόμενος δηλοῦν· ψυχροὶ γὰρ οἱ γέροντες.] Mutant viri docti τὰ ψυχρὰ in τὸν ψυχρόν. Sed nihil opus, nec oportet. Respexit Hesychius locum Comici in *Acharn.* p. 382. ubi dicit: Καὶ παλαιῷ Λακρατίδῃ τὸ σκέλος βαρύνεται. ad quæ verba vetus Schol. Λακρατίδης ἀρχαῖος ἄρχων Ἀθήνησιν, ὡς καὶ Φιλόχορος. ἦρξε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Δαρείου, ἐφ' οὗ πλείστη χιὼν ἐγένετο, καὶ ἀπέπηξε πάντα, ὡς μὴ δύνασθαί τινα προϊέναι, διόπερ τὰ ψυχρὰ πάντα Λακρατίδου ἐκάλουν.

Λικυμνίοις βολαῖς, οὗ ἐν τῷ Εὐριπίδῃ Λικυμνίου μνημονεύοι ἂν ἴσως &c.] Non est scribendum, ut vult Vir doctus, Λυκιμνίοις. à λύκος. Hoc & seriei literarum & rei ipsi repugnat. Sed lege Λικυμνίαις. Est ex Aristophanis *Avib.* p. 599.

Λιγνὺς δὲ σῶμα, καὶ δόμων περιπτυχὰς
Καταιθαλώσει σου Λικυμνίαις βολαῖς·

Flamma autem tuum corpus & ædium ambitus comburet Licymniis ictibus. ubi vetus Enarrator inter alia: Εἴη δ' ἂν οὐ Εὐριπίδου μεμνημένος

νος ἀγγέλου ἐν τῷ Λικυμνίῳ. λέγει γὰρ ἐπὶ τελευτῆς ἐκεῖνος. ἐν Λικυμνίοις δὲ, δράματι Εὐριπίδου, εἰσήχθη τις κεραυνοβολούμενος.

Λιπαργινοῦμεν, ὀξυνοῦμεν, παχυνοῦμεν.] Pro Λιπαργινοῦμεν lege extrito ν, λιπαργιοῦμεν. ex Aristoph. *Pace* p. 662.

Εἴθ' ὅπως λιπαργιοῦμεν οἴκαδ' ἐς τὰ χωρία.

Scholiastes ibi, συντόμως δραμοῦμεν.

Λωτίσματα, οἱ πρῶτοι καὶ ἐπίλεκτοι.] Putavit Martinius, in explicatione Hesychii deesse καρποί. male. Sunt enim λωτίσματα *præcipui in aliquo populo*, Euripid. *Helena* 1609.

Τί μέλλετ' ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα;

Quid cunctamini ô flores Græciæ?

Μαιμάκτης, μειλίχιος.] Apposite Plutarchus *de ira cohibenda* p. 458. Διὸ καὶ τῶν θεῶν τὸν βασιλέα Μειλίχιον, Ἀθηναῖοι δὲ Μαιμάκτην, οἶμαι, καλοῦσι.

Μάνδραι, ἕρκη, φραγμοὶ, ὕλαι, σηκοὶ βοῶν ἢ ἵππων.] Pro ὕλαι lege αὐλαὶ, h. e. *caulæ*.

Μακοᾶν, παραφρονεῖν &c.] Lege Μακκοᾶν per duplex κκ. Comicus in *Ranis* p. 292.

Ὁ δ' αὐτὸν ὡς ὁρᾷ μεμακκοακότα.

Ubi ille illum insanientem conspicit.

Schol. Μεμακκοακότα] τὰ Μακκοῦς φρονοῦντα, ἀνοηταίνοντα· (Μακκὼ γὰρ καὶ Λαμὼ ἐγένοντο ἐνεαὶ, τουτέστι βαρέως νοῦσαι.) παραφρονοῦντα, ληροῦντα. γέγονε παρὰ τὸ μάταια κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν &c.

Μιμάρκης, λαγοῦ χορδή.] Lege Μίμαρκις.

 (apud

(apud Suidam quoque vitiose legitur Μίμαρις) λαγῷα χορδή. ut discimus ex Aristoph. *Acharn.* p. 423.

Ἀλλ' ἢ πρὸ δείπνου τὴν μίμαρκιν κατέδομαι,

Nisi ante cœnam farcimen ego devorem.

ad quem locum Schol. Κυρίως μὲν μίμαρκις ἡ λαγῷα χορδὴ ἐκ τῶν ἐντέρων &c.

Μορφὼ, ἡ Ἀφροδίτη.] Optime Pausan. *Lacon.* p. 246. Ἐπίκλησις μὲν δὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἡ Μορφώ.

Νήριτον --- καὶ τὸ πολύ.] Sic Schol. Apollonii p. 169. Νήριτον τὸ πολὺ καὶ ἀνάριθμον. iterum p. 181.

Ὁδοῦρος, ἐνεδρευτὴς καθ' ὁδὸν, ὁδοῦ κατάρχων, &c.) Habet Euripid. *Jone* de Minerva vers. 1617.

Ἀξία γ' ἡμῶν ὁδοῦρος.

Digna certe nobis comes viæ.

Οἰζύει, μογεῖ, πάσχει.] Lege Οἰζύει.

Ὀρώγκη, τῶν ὀρῶν τὰ ὀγκώδη, ἃ καὶ ὀρόγχθους καλοῦσιν, ἢ ὀρῶν λόφους.] Pro Ὀρώγκη lege Ὀρόγκη, & pro ὀρόγχθους, ὀρόγκους. Habet vocem Dionys. *Perieg.* vers. 286.

Ἑρκυνίου δρυμοῖο παραθρώσκοντες ὀρόγκους.

ubi Eustath. τὸ δὲ ὄρογκος ἰδιάζουσα λέξις ἐστὶν, - - - δηλοῖ δὲ τὴν τοῦ ὄρους ἐξόγκωσιν καὶ ἀνάτασιν.

CAP.

CAP. XXXII.

Hesychius in vocibus quibusdam à Π, Σ, Τ, *incipientibus emendatus vel illustratus.*

ΠΑμπήδην, ὁλοσχερῶς, παντελῶς.] Habet Plutarch. ex poëta p. 17.

Παρῳδοῦντες, χλευάζοντες.] Julian. *Cæsar.* p. 306. οὔτε σκώπτειν, οὔτε παρῳδεῖν, οὔτε γελοιάζειν.

Πλαδαρὸν, νοτερὸν, ὕπομβρον &c.] Schol. Apollon. p. 173. eandem vocem exponit δίυγρον.

Πλίγμα, βῆμα, ἀπὸ τῶν κυλιομένων ἢ παλαιόντων, ὅταν παραβάντες (f. διαβάντες) τοῖς σκέλεσιν κατέχωσιν.] Salmas. pro πλίγμα legit πλῆγμα, perperam. Receptam lectionem firmat Scholiastes Aristoph. ad *Acharn.* p. 382. Ἀπεπλίξατο, ἀπεσείσατο, ἀπέφυγεν· πλὶξ γὰρ τὸ βῆμα, καὶ πλίγματα τὰ πηδήματα &c. est etiam ἀπὸ τοῦ πλίσσεσθαι, quod denotat διαβαίνειν. Hesych. Πλίσσοντο, διέβαινον. hinc πλὶξ & πλίγμα est *passus*, βῆμα.

Πύθιον, τὸ ὕδωρ, Θουκυδίδης.] Ad hæc verba ex Scalig. *Varronis Conj.* adnotatum est, aut errasse Hesychium, aut locum hunc mancum & corruptum esse, quia in Thucydide Πύθιον pro templo Apollinis accipitur. Dein, additur, aut leg. Πύθων, ὁ ῥήτωρ, Δημοσθένης. &c. Ad me quod attinet, satis sana esse existimaverim

rim verba illa, τὸ ὕδωρ Θουκυδίδης. Nam apud Thucydidem occurrit simile nomen proprium aquæ vel fluvii. sc. lib. VIII. cap. 106. καὶ καταφυγόντων τῶν Πελοποννησίων πρὸς τὸν Πύδιον μάλιστα ποταμὸν τὸ πρῶτον, ὕστερον δὲ εἰς Ἄβυδον &c. unde concludo vel apud Hesych. legendum esse Πύδιον, pro Πύθιον, vel apud Thucydidem in quibusdam Codd. scriptum fuisse Πύθιον: respexisse enim Lexicographum hunc quem adscripsi Thucydidis locum, mihi non est dubium.

Σκορδινᾶσθαι --- ὅπερ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους πως βασανιζομένους ἢ διαστρεφομένους ἔξω μελῶν γίνεται.] Pro ἄλλους lege ἄλλως. ex Schol. Comici *Ran.* pag. 255. ad illa, Τί σκορδινᾷ; Οὕτως, inquit Schol., ἔλεγον τὸ παρὰ φύσιν τὰ μέλη ἐκτείνειν, σκορδινᾶσθαι. τινὲς δὲ περὶ τοὺς ἐγειρομένους ἐξ ὕπνου, ὅταν χασμώδεις ὄντες ἐκτείνουσι τὰ μέλη, ὅπερ συμβαίνει καὶ περὶ τοὺς ἄλλως πως βασανιζομένους καὶ διαστρεφομένους τὰ μέλη.

Σοβάδες, μαινόμεναι.] Schol. Aristoph. *Pace* p. 685. Σοβάδας γὰρ τὰς πόρνας λέγουσι.

Σπλμόνια ζώματα.] Xenoph. habet στελμονίαι, in l. *de Venatione* p. 983.

Στίλα, στήλη (στίλη, ut recte emendat V. D.) τὸ οὐδὲν &c.] In notis ait Vir doctus, videri esse Latinum *stilla.* Si putavit, recentius esse vocabulum & ab Romanis transsumtum à posterioribus Græcis, erravit: nam vox Græca satis est antiqua. habet Comicus in *Vesp.* p. 444. οὐκ --- ὅσον ὅσον στίλην.

Τὰ

Τὰ βάθη, τὰ ἀχώρητα, τὰ ἀκατάληπτα.] Adduxit ad hunc locum Guietus verba Pauli *ad Romanos*, Ὦ βάθος σοφίας. Debuisset potius adducere locum 1 *Corinth.* 11. 10. ubi ipsissima verba, τὰ βάθη τοῦ θεοῦ.

Τάμισος, ἡ πιτύα.] Nescio cur hic pro πιτύα emendet Vir doctus πυτία, neque quid significabit πυτία, intelligo. Stet lectio vulgata. significat πιτύα *coagulum*, quod & τάμισος. Theocrit. *Idyll.* α. v. 66.

Καὶ τυρὸν πᾶξαι, τάμισον δριμεῖαν ἐνεῖσα:

Et caseum premere, acre coagulum immittens.

Schol. ibid. --- τυρὸν πῆξαι, πιτείαν (l. πιτύαν) δραστικωτάτην ἐμβαλοῦσα.

Ταρτησίαις, γαλαῖς] Forsan: Ταρτησίαις γαλαῖς, μεγάλαις. Schol. Aristoph. ad *Ran.* p. 234. λέγουσι δὲ Ταρτησίαν γαλῆν, ἀντὶ τοῦ μεγάλην.

Τράμπις, ναῦς ἄκατος, πορθμίς. τινὲς πλοῖα βαρβαρικά.] Nicandri Schol. Τράμπις κυρίως βαρβαρικὸν πλοῖόν ἐστι. Sic Lycophron p. 8. Paridis navim τράμπιδα dixit.

CAP. XXXIII.

Hesychius emendatus vel illustratus in vocibus quibusdam ab Υ, Φ, Χ, Ψ *incipientibus.*

Υπερτῆρα, τὸ τῆς ἁμάξης πῆγμα.] Plato inter partes currus recenset ὑπερτήρια. Vide eum *Theætet.* p. 141.

Ὑπ' ἠοίῃ, ὑπὸ τὸν ὄρθρον, πρὸς τῆς ἕω.] Forsan una voce legendum Ὑπηοίῃ, ut sic dicatur *matutina*. Hom. *Od.* ϱ. 25. Στίβη ὑπηοίη, *ros matutinus*, quemadmodum masculinum occurrit apud Apollon. l. IV. vers. 841.

Ὥς κεν ὑπηῷοι μνησαίατο νόστον ἑλέσθαι.

ubi Schol. κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἰοῦς &c.

Ὑποθύμιος, στέφανος ὑποτράχηλος.] Recte emendavit Salmasius Ὑποθυμίς. Sic Plutarch. *Sympos.* l. II. pag. 641. τοὺς ἀνθινοὺς ἐκ τῶν τραχήλων καθάπτοντες, ὑποθυμίδας ἐκάλουν.

Ὕρχας, ἄμφω τῶν κεραμίων καὶ βικᾶδες ἢ εἶδος.] Locus Aristophanis qui in Notis citatur ex Polluce, est in *Vesp.* p. 478. ubi Schol. exponit Ὕρχας, κεράμινα ἀγγεῖα, ὑποδεκτικὰ ταρίχων, δύο ὦτα ἔχοντα. qui locus confirmat Salmasii emendationem legentis ἀμφωτῶν pro ἄμφω τῶν.

Φίλιππος, στόμα χειρῶν ἢ λαμπάδος.] Notavit hic Sopingius, Φίλιππος Hebr. quasi *os lampadis*. Sed cur χειρῶν addatur, in eo hæret. Ego subodorari mihi videor, unde illud χειρῶν. Est certe vitiosum, pro μαχαιρῶν. Absorpta est prima syllaba vocis μαχαιρῶν ab ultima præcedentis vocis στόμα. Quando autem nomen Φίλιππος explicatur στόμα μαχαιρῶν vel μαχαίρας, ἢ λαμπάδος, *os gladiorum* vel *gladii*, *aut lampadis*; respicitur ad voces Hebræas פה *os*, & להב quæ & *flammam* & *gladium* significat, quasi ex illis Hebræis conflatum

flatum esset nomen Φίλιππος, cum tamen certum sit, non esse illud Hebrææ originis, sed Græcæ. Cæterum quod attinet ad illam explicationem, *os lampadis*, reperitur ea etiam in Commentariis in Marcum, qui vulgo Hieronymo tribuuntur.

Χέλω, χεῖλος &c.] Videtur Hesychius respexisse ad locum Euripid. in *Electra* vers. 837.

--- Φθιάδ' ἀντὶ Δωρικῆς
Οἴσει τις ἡμῖν κοπίδ'; ἀποῤῥήξω χέλυν.

Phthium pro Dorico
Feret aliquis nobis cultrum? Abrumpam labrum.

Ψευδάμαξυς, εἶδος ἀμπέλου, ἤγουν εἰς ἀναδενδράδα εὔθετος ἄμπελος, ὁ ψευδόπλουτος.] Pro Ψευδάμαξυς lege Ψευδαμάμαξυς. Respexit enim Lexicographus locum Aristoph. in *Vespis* v. 451.

Ἢ Προξενιάδην ἢ τὸν Σέλλου τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν.

Vel Proxeniades fiam, vel Selli hic falsicrepans filius. ad quem locum Scholia antiqua: Εἶδος ἀμπέλου ἡ ἀμάμαξυς (quomodo supra apud Hesych. etiam legendum pro ἀμάμυξ) ἣν λέγουσιν ἀναδενδράδα. Ὅλον δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ψεύδεσθαι τὸν Αἰσχίνην καὶ ψοφώδη κομιδῆ λέγειν. Hic sc. vocat Comicus Æschinem Selli filium, quem ipsum ut κάπνον & ψευδόπλουτον per-

ſtringere Comicum, docent Scholia in *Veſpas* pag. 461.

Ψιλακα, ψιλὸν, λεῖον, πτερόν.] Non opus eſt cum Viro docto pro πτερὸν legere πτηνόν. Pauſan. in *Laconicis* pag. 258. Ψίλα γὰρ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά. nec infra pro ψιλὸς, quod Heſych. interpretatur, ςέφανος πτέρινος, legendum ψιχὸς, ut vult Vir doctus.

Ψυχὴ, πνεῦμα καὶ ζωΰφιον πτηνόν.] Ψυχὴν etiam eſſe *animalculum alatum*, docemur ex Plutarcho *Sympoſ.* II. pag. 636. ubi de eruca, --- ἕτερον πτερωθὲν δι' αὐτῆς τὴν καλουμένην ψυχὴν μεθίησι. h. e. *atque è ſe aliud animalculum alatum edit, quod pſyche dicitur.*

CAP.

CAP. XXXIV.

Suidæ lectio recepta quibusdam in locis contra sententiam doctiss. Interpretum retinetur, adstruitur & illustratur. Ἀπεμπολὴ *recte exponitur* ἀπόςασις. Καλοποδιῶνται *non sunt* qui pueros, *sed* qui formosos sectantur. Ἀλέια *est* ἄγρευσις piscatio in mari. Κατασπᾷν τὰς ναῦς *eleganter dictum pro* deducere naves. Ἀναποδίζειν *est* diligenter examinare. *Recte se habet* Ἀνατυπῶσαι. ἀντὶ τοῦ ἀνατρέψαι. *Suidas emendatur in* v. Ἀποῤῥησία.

Ἀπεμπολὴ, ἀπόςασις.] Non est quod Cl. Kusterus vocem ἀπόςασις suspectam habeat. significat enim *venditionem per libram*, ἀπὸ τοῦ ἀποςῆσαι, *vendere per libram.* Hesych. Ἀποςήσας, πωλήσας ςαθμῷ. & Ἀποςήσασθαι *ad libram expensum quid accipere*, ut apud Demosthen. Orat. *adversus Timotheum* pag. 704. Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν, εἰ μὲν οἰκέται ἤνεγκαν, τοὺς κομίσαντας παραδιδόναι· εἰ δὲ μισθωτὶ, τὸν ὑποδεξάμενον καὶ ἀποςησάμενον τὸν χαλκὸν τῶν οἰκετῶν τῶν ἡμετέρων τοῦτον ἐξαιτεῖν· οὐ γὰρ δήπου ἄνευ γε ςαθμοῦ ἔμελλεν - - - παραδώσειν. *Oportuit enim si servi attulissent eos qui attulissent tradere; Sin mercenarii, eum ex nostro famulitio, qui accepisset æs & quidem expensum ad libram, exposcere; non enim sane absque libra --- traditurus erat.* Ad hunc locum respiciens Harpocration, & ex eo Suidas infra, Ἀποςησάμενον, inquit, ἀντὶ τοῦ πρὸς ςαθμὸν παραλαβόντα. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. Hoc inde est quod

ἱστάναι & ἵστασθαι etiam *appendere* notent. ſic Demoſthenes Orat. modo citata, eadem pag. οὐδ' αὖ ὁ πατὴρ ἔμελλεν αὐτὸς, οὔτε οἴσειν τὸν χαλκὸν, οὔτε στήσεσθαι. *neque etiam pater ipſe portaturus erat æs aut ponderaturus.* Et ſæpius apud LXX. Intt. II *Reg.* XIV. 26. --- καὶ κειρόμενος αὐτὴν ἔστησε τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ διακοσίους σίκλους. Job. VI. 2. Εἰ γάρ τις ἱστῶν στήσαι μου τὴν ὀργὴν, τὰς δὲ ὀδύνας μου ἄρῃ ἐν ζυγῷ ὁμοθυμαδὸν &c. Cap. XXXI. 6. Ἔσταμαι γὰρ ἐν ζυγῷ δικαίῳ. *Jerem.* XXXIX. 9. καὶ ἔστησα αὐτῷ ἑπτὰ σίκλους καὶ δέκα ἀργυρίου. verſ. 10. καὶ ἔστησα τὸ ἀργύριον ἐν ζυγῷ. unde nomina στατὴρ & σταθμός. Infra in voce Κεραὸς habet Suidas etiam hoc vocabulum ἀπόστασις eo ſenſu, cum dicit, ἐν ταῖς οἰνικαῖς ἀποστάσεσι, h. e. in *venditionibus vinariis.*

Ἀγρίους καὶ καλοποδιώκτας σκάλουν --- παιδεραστάς.] Ad hæc verba docuit idem Vir Cl., καλοποδιώκτας eſſe *qui pueros ſectantur*: pueros enim, inquit, interdum appellare ſolebant καλόποδας. i. e. *pulchrum pedem habentes*, idque probare voluit ex loco aliquo Schol. Ariſtoph. ad *Aves*, h. v. Ἐπεὶ πολλάκις εἰώθαμεν τινας τῶν θεραπόντων καλόποδας λέγειν &c. Portus vero putavit τὸ καλόπους in voce κολοποδιώκτας ſignificare *ligneam formam pedis.* Sed neuter recte attendit ad compoſitionem vocis, quæ non eſt ex καλόπους & διώκω: quoniam inde fieret καλοποδοδιώκτης. exprimi namque debebat δ ex voce ποδὸς, pariter & δ ex verbo διώ-

κειν.

κειν. Præterea quod attinet ad locum illum Schol. Ariſtophanis, is non debet in genere de *pueris* intelligi; ſed tantum de famulis, quos ſi laudare vellent, καλόποδας appellabant. Haud dubie igitur alia eſt ratio compoſitionis in hac voce. ſc. vox καλωποδιώκτης, ſi ſcribatur per ω, eſt ex καλῶπος & διώκω. Καλῶπος autem notat *formoſum*, εὐόφθαλμον, ex καλὸς & ὤψ, quemadmodum φαιδρῶπος eſt ex φαιδρὸς & ὤψ. vel ſi ſcribas per ο, Καλοποδιώκτης, eſt ex κάλοπος, quod idem notat, ex καλὸς & ὄψ. Heſychius ὄψ etiam reddit ὀφθαλμός. Idem καλόπες, εὐοφθάλμες. Ergo καλοποδιῶκται ſunt, *qui pulchros ſectantur*.

Ἀλεία, ἡ ἄγρευσις.] Contra fidem Mſtorum & Editt. (ut ipſe dicit) hic emendat Vir Cl. ἄγρευσις in ἄθροισις, *collectio*, & longe à ſcopo aberrare Portum affirmat, qui hanc vocem explicat *piſcationem marinam*. Sed immerito exiſtimat, hic adeo longe aberrare Portum. Ipſe V.D. deceptus eſt, ut videtur, per ſpiritum *tenuem*, qui ſuper α male poſitus pro *aſpero*; ſcribendum enim ἁλεία, non ἀλεία. Jam ἁλεία recte Suidas exponit ἄγρευσις, *piſcatus*, ſc. in mari, ab ἅλς. Gloſſæ Lab. Ἁλεία, *Piſcatus*. Sic vides recte ſe habere lectionem vulgatam Suidæ.

Ἀνάπειρα. Καταστπᾶν τὰς ναῦς, τὰς ὑπηρεσίας ἐμβιβάζειν, καὶ τῆς εἰρεσίας ἀνάπειραν λαμβάνειν.] Vir Cl. in Notis legendum pro κατασπᾶν

τὰς ναῦς putat κατάγειν τὰς ναῦς. quam lectionem in versione secutum se ait. Miror, Virum eruditissimum, & in lectione optimorum Græcorum scriptorum versatissimum hanc phrasin κατασπᾷν τὰς ναῦς non observasse. Ne sollicita illud κατασπᾷν, quod eleganter dictum, nec muta in κατάγειν. idem enim significant in hac phrasi. optimi quique ita loquuti sunt. Herodot. lib. VII. cap. 192. Οἱ δὲ βάρβαροι, ὡς ἐπαύσατό τε ὁ ἄνεμος, καὶ τὸ κῦμα ἔστρωτο, κατασπάσαντες τὰς νῆας, ἔπλεον παρὰ τὴν ἤπειρον: *Barbari, posteaquam conquievit ventus, sedatique sunt fluctus, deductis navibus, ad continentem navigabant.* Vide quæ diximus in *Observationib. Miscel.* pag. 58. ubi explicuimus & illustravimus phrases, ἀνασπᾷν & κατασπᾷν τὰς ναῦς.

Ἀναποδίζειν, τὸ ἐξετάζειν, ὡσανεὶ συγκρούειν.] Immerito jugulanda hic censet Cl. Kusterus verba illa, ὡσανεὶ συγκρούειν. Hesych. Ἀναποδίζειν, τὸ ἀκριβῶς ἐξετάζειν, καὶ συγκρούειν· ποδίζειν γὰρ τὸ μετρεῖν. Est autem συγκρούειν proprie *modium concutere*, ut excidant res mensuratæ, & è summo delabantur. Idem Hesych. in voce Κρουσιμετρεῖν --- οἱ γὰρ φαύλως μετροῦντες συνέκρουον τὰ μέτρα εἰς τὸ ἀποπίπτειν τὰ μετρούμενα. Inde sensu tralatitio est etiam συγκρούειν, *diligenter examinare aliquem & impellere ad dicendum ea quorum sibi conscius est, acri quæstione animum alicujus ferire, ita ut quasi excidant*

cidant ex eo quæ celare statuerat. unde iterum Hesych. Κρῦσιν inter alia exponit τὴν πρὸς τὸ λέγειν ἐν ταῖς ζητήσεσιν ὑπόκρουσιν.

Ἀνατυπῶσαι, ἀντὶ τοῦ ἀνατρέψαι.] Interpretationem hanc alienam à voce ἀνατυπῶσαι existimat Cl. Interpres, qui propterea pro Ἀνατυπῶσαι legit Ἀνατροπῶσαι. sed fallitur: recte enim se habet τὸ Ἀνατυπῶσαι, & exponitur per ἀνατρέψαι. Utrumque verbum notat *in aliam figuram vertere.* Hesych. Ἀνατρέψειεν, μεταπλάσειεν. Jam ἀνατυπῶσαι idem est cum μεταπλάσειν. Taceo quod series literarum apud Suidam poscat etiam Ἀνατυπῶσαι, non Ἀνατροπῶσαι.

Ἀπορρησία, ἀντὶ τοῦ εὐπορία. οὕτως Εὔβουλος.] Merito hic adnotavit Vir Cl. miram esse interpretationem vocis ἀπορρησία. nihil tamen emendat. Mihi dubium non est, quin pro εὐπορία legendum sit ἀπορία. Phavorinus, Ἀπορρησία, ἀντὶ τοῦ ἀπορία. οὕτως Εὔβουλος. Quin immo pro priore voce Ἀπορρησία crediderim scribendum esse Ἀπόρρησις· hæc enim vox *inopiam* & *indigentiam* significat. Hesych. Ἀπόρρησις, ἀπορία. Non vero memini Ἀπορρησία me usquam legisse.

CAP.

CAP. XXXV.

Optime Suidas Ἀποσεμνυνεῖται *exponit* ἀπονοεῖται, *nec hoc mutandum in* ἐπινοεῖται· *nec* Ἀτερμάτιςος *mutandum in* Ἀνερμάτιςος. Ἆυος *dicitur de eo* qui præ metu loqui non poteſt, *nequaquam pro eo legendum* Ἄνεως. Βέλος *etiam eſt* vulnus.

Ἀποσεμνυνεῖται, ἀπονοεῖται.] Illud ἀπονοεῖται vitioſum habet Vir doctiſſ. & pro eo emendat ἐπινοεῖται, *meditatur*, *mente volvit.* perperam. nam ἀπονοεῖσθαι eſt *arrogantem*, *faſtuoſum eſſe*, idem quod ἀποσεμνυνεῖσθαι. ad quod verbum explicandum adhibetur ab Suida. ita apud Artemidor. *Oneir.* III. II. Ἀπονενοημένος ἄνθρωπος eſt *homo faſtuoſus*. Similiter ἀπόνοιαν pro *arrogantia* ſumi notavit ὁ πάνυ Caſaubon. ad Theophraſti *Charact. Eth.* p. 354.

Ἀπερμάτιςος, ἀβέβαιος, ἀθεμελίωτος.] Hic Vir Cl. Codicum lectionem non probat, exiſtimans potius ſcribendum Ἀνερμάτιςον, eamque vocem ſuo loco reddendam, ſignificare autem *non ſaburratus*. Ad quæ verba notandum primo, Suidam ſupra in ſua ſerie habere hanc vocem Ἀνερμάτιςον, & explicare eam per ἀςήρικτον, uti etiam Heſych. Ἀνερμάτιςα, ἀςήρικτα. quare jam ſuo loco eam reddi non poſſe: Secundo Heſychium etiam totidem verbis Ἀπερμάτιςος exponere ἀβέβαιος, ἀθεμελίωτος, & quidem ſuo ordine. unde nullus dubito ſa-

nam

nam esse vocem Ἀπρμάπςον, quæ eam significationem, quam Lexicographi ei tribuunt, facile etiam admittit. Observari enim debet, vocem τέρμα non tantum designare *extremum in longitudine*; verum etiam *extremum in profunditate*, sive *infimum*, *pedem*, & *fundamentum alicujus rei*. e. g. in monte τέρμα est *infimum montis*, *pes*, *radices*. Ipse Suidas infra voce τέρμα: Εἰς τρία, inquit, διήρηται τὸ ὄρος, εἰς ἀκρώρειαν, εἰς ὑπώρειαν, εἰς τέρμα. καὶ ἀκρώρεια μὲν ἐστιν ἡ κορυφὴ, ὑπώρεια δὲ, τὰ πλευρὰ τοῦ ὄρους, τέρμα, τὰ πλευταῖα καὶ πόδες. Jam ἀπὸ τοῦ τέρμα est περματίζεσθαι & ἀπερμάπςος, quod notat *fundamento*, *basi*, *pede destitutum*, h. e. *infirmum*, *non fundatum*, ut recte exponunt Suidas & Hesychius.

Αὖον, ξηρὸν, - - - Καὶ τὰ μὲν αὖος ὑπὸ τοῦ φόβου ἦν· τὰ δὲ ἀνέφερεν ἡ ἐκ τοῦ θεοῦ πρόςαξις τὸν ἄνδρα.] Vertitur: *Partim quidem præ metu loqui vix poterat: partim vero mandatum divinum animum ipsi addebat*. Hoc ipsum Fragmentum habet etiam Suidas v. Ἀνέφερε. Utroque autem loco pro αὖος legendum putat Cl. Kusterus, ἄνεως, *mutus erat præ metu*, & vulgata lectio ipsi inepta videtur. Mihi contra apta videtur lectio vulgata, & neutiquam sollicitanda: dicitur enim Gr. αὖος γενέσθαι de eo qui *præ metu obriguit*, *obstupuit*. Josephus B. Jud. l. I. cap. XIV. Δεινὴ γάρ τις αὐτοὺς καταπληξις εἶχε, καὶ περὶ τοῦ πλήθους ὁ στρατηγὸς Ἐλθεμος.

ἄυ(ος) ἦν τῷ δέει: *Nam vehementer perculsi erant*, & *ante multitudinem exercitus Elthemus præ metu obriguerat*. Vide, ut in Fragmento illo apud Suidam habes ἄυ(ος) ὑπὸ τοῦ φόβου ἦν, ita hic apud Joseph. ἄυ(ος) ἦν τῷ δέει. Idem l. VII. B. J. c. XXIII. --- καὶ διὰ τὴν κατάπληξιν, ἀμιύνειν μὲν ἢ σβεννύειν ὐδείς· ἄυοι δ' ἑςῶτες ἀφεώρων. *& propter perturbationem defendere aut exstinguere conatus est nemo; sed obstupidi stantes spectabant*.

Ἀφ' ὑψηλοῦ μου καταγελᾷς. οἱονεὶ, πάνυ μου καταφρονεῖς. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀφ' ὕψους διαλεγομένων.] Pro διαλεγομένων V. Cl. legendum putat διαγελωμένων, & vertit -- *ab illis, qui ex loco sublimi deridentur*. Sed nihil mutandum. Videantur Paroemiographi, qui omnes habent διαλεγομένων, & docent, esse translatum hoc proverbium ab iis qui ex edito loco verba faciunt.

Βέλ(ος), καὶ τὸ τραῦμα, ὁμωνύμως τῷ τιτρώσκοντι παρ' Ὁμήρῳ.] Quem sensum ista verba habeant, sc. ὁμωνύμως τῷ τιτρώσκοντι, non videre se ait Doctiss. Kusterus, quare in versione prætermisit. At sensus mihi videtur facilis. Hoc enim vult Suidas, nimirum τὸ βέλ(ος) & *telum* & *vulnus* significare apud Homerum. id quod Hesychius sic exprimit in v. Βέλ(ος). Βέλ(ος), inquit, καὶ πᾶν τὸ βαλλόμενον, καὶ τὴν ἀλγηδόνα λέγει. Non cogitavit forsan V. Cl., τῷ τιτρώσκοντι esse à *neutro* τὸ τιτρῶσκον, putavitque esse à *mas-*

à *masculino* ὁ πιτρώσκων. Et hoc ipsi difficultatem peperit: Si enim ita accipiatur, explicari commode non potest. Verum si pro neutro sumatur, perit omnis difficultas: nam τὸ πιτρώσκον est omne id quod vulnerat, *sagitta*, *gladius*, &c. Sed locum proferam ex Homero, ubi ita occurrit vox βέλος. is est *Iliad.* Θ. v. 513.

Ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ
Βλήμενος ἢ ἰῷ, ἢ ἔγχεϊ ὀξυόεντι.

Sed ut quis eorum vulnus etiam domi curet,
Percussus vel sagitta vel hasta acuta.

Ad quem locum Schol. βέλος νῦν τὸ βεβλημένον μέρος, τὸ τραῦμα. Ad hunc Homeri locum respexit hic Suidas.

CAP. XXXVI.

Suidas emendatur: Ejusdem vetus lectio sexies vindicatur, & à mendi suspicione liberatur.

Γιγλισμὸς, κιχλισμὸς, ἀπὸ χειρῶν γέλως· γαργαλισμός.] Ad quem locum Cl. Interp. ait, sic quidem habere libros Mst. & editos, sed procul dubio mendose, & scribendum forte ἀχρεῖος γέλως, quæ est conjectura Eruditissimi Bentleji, quem super hoc loco consuluisse se dicit. Sed me quidem judice infeliciter sane ita emendatur locus. nam præterquam quod ἀχρεῖος γέλως non est vera interpretatio vocis Γιγλισμὸς, nimium etiam hoc recedit à vestigiis scri-

pturæ veteris, quam constanter retinent omnes codices. Illa ἀπὸ χειρῶν minime sunt sollicitanda; sed transponendæ tantummodo voces γέλως & γαργαλισμὸς, hoc modo: Γιγλισμὸς, κιχλισμὸς, ἀπὸ χειρῶν γαργαλισμὸς, γέλως. hoc enim voluit dicere Suidas, quod γιγλισμὸς vel κιχλισμὸς sit *titillatio quæ fit manibus*, & inde *risus*. Sententiam nostram firmabit Hesychius, qui Γιγλισμὸς, γαργαλισμὸς ἀπὸ χειρῶν, γέλως.

Γνάφαλοι. Ἔδοξέ τις ἐν τῇ τύλῃ πυροὺς ἔχειν ἀντὶ γναφάλων, καὶ παιδάριον ἐγέννησεν ἄρρεν. πίλων τῶν ὑπὸ γνάθους κειμένων.] Ad quem locum Eruditiss. Int. verba illa, πίλων τῶν ὑπὸ γνάθους κειμένων censet litura esse digna, quoniam nec cum præcedentibus cohærent, nec apud Artemidorum (verba enim præcedentia ex Artemidoro sunt sumta:) in isthoc loco leguntur. Mallem abstinuisse ab hac censura Virum doct. Sunt omnino non delenda: nam continent explicationem vocis γναφάλων, quæ est in loco illo Artemidori, & propterea in casu secundo dixit πίλων τῶν ὑπὸ γνάθους κειμένων. quod passim facere solet Suidas noster, quando exemplum ex Auctore quopiam attulit, explicat vocem ibi extantem in eodem casu quo occurrebat. Unum tamen hic monendum, quod pro πίλων levi mutatione sit legendum πιλῶν. Apud Hesych. legitur Γνάφαλος, πηλός. sed scribendum istiuc πιλὸς recte monuit ὁ πάνυ Salmasius: intelli-

telliguntur autem per πῖλοι οἱ ὑπὸ γνάθȣς κείμενοι, *pulvinaria tomento farta, quæ maxillis supponuntur in lecto*, quæ vulgo *cervicalia* vocantur.

Γνώμη. Ουδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον· πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προὔχων, δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ.] *Quid hoc fragmentum ad vocem* γνώμη? quærit Cl. Kusterus. quod miror valde. facit omnino hoc fragmentum ad vocem γνώμη: nam hac pericopa voluit Auctor docere, vocem γνώμη etiam usurpari pro sententia, sive eleganti dicto morali; atque adeo hoc exemplum subjunxit, quod continet hujusmodi γνώμην.

Γόργια παρὰ Δωρεῦσι τὰ τῶν ὑποκριτῶν προσωπεῖα, τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς τραγῳδῶν.] Pro postremis verbis τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς τραγῳδῶν legit V. D. τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς τραγικῆς, vel τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς τραγῳδῶν. nescio quo fine: omnia enim sana sunt. οἱ ἀπὸ τῆς σκηνῆς eleganti locutione, qua præpositio cum suo casu loco adjectivi apponitur substantivo, dicuntur *Scenici*. sic mox in voce Γοργὼν Suidas similem habet loquutionem, τὸν ἀπὸ τȣ ἄστεος pro *urbano* vel *civi*. sic Athen. l. 1. οἱ ἀπὸ παιδείας sunt *viri docti*, eodem modo quo Lat. dicitur *servus ab ergastulo: homo de foro: homo de villa & rure*. Vide Vechneri Hellenolexiam pag. 139.

Δατὸς, πόλεως ὄνομα, ἐν ᾗ καὶ χρύσεια μέταλλα· καὶ, Δατὸς ἀγαθῶν.] Ad hæc verba Doct.

Kuster. *An potius* Θάσ☉ ἀγαθῶν; Non probo conjecturam Viri docti: nam licet Θάσ☉ ἀγαθῶν sit proverbium, nihil tamen vetat quo minus sit proverbium Δατὸς ἀγαθῶν. Et quo modo hic Suidas, dum agit de nomine Δατὸς, subjecisset proverbium de nomine Θάσ☉? hoc sane mihi non fit verosimile. At lectionem Suidæ vulgatam firmant alii. Harpocratio: Δατὸς πόλις ἐστὶ Θρᾴκης, σφόδρα εὐδαίμων. ἀπὸ ταύτης γοῦν ἐλέγετό τις καὶ παροιμία, Δατὸς ἀγαθῶν. Eustathius ad Dionysium pag. 72. Καὶ Θάσ☉, ἧς καὶ χρυσια εἶχέ ποτε, καὶ τὸ Δατὸν σιωφκισε, πόλιν ἔνδοξον περὶ τὴν τοῦ Στρύμον☉ παραλίαν· ἀφ' οὗ παροιμίαν παλαιοὶ φασι, Δατὸς ἀγαθῶν ὡς τὸ ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

Δέκα, καὶ Δεκαδοῦχ☉. Δέκα μὲν ἦρχον μετὰ τοὺς τριάκοντα καταστάντες. ἐκαλεῖτο μέντοι τούτων ἕκαστ☉ τῶν ἀρχόντων δεκαδοῦχ☉, ὡς δηλοῖ Λυσίας.] In Notis ac hunc locum doctissimus Kusterus, *lege*, inquit, *pro* Καταστάντες, κατασταθέντες. Nollem hoc viro Cl. excidisse: quod tritum adeo est, aoristum 2. activi hujus verbi apud optimos auctores habere neutram aut passivam significationem: ita κατέστη notat, *pervenit ad*, *redactus est*, *constitutus est*. κατασταὶς, *qui constitutus est in hoc* vel *illo loco*, Exempla ex vulgaribus Lexicis possunt peti.

Διὰ χρόνου, ἀντὶ τοῦ μετὰ πολὺν χρόνον.] Subjungit Suid. locum Aristoph. in *Pace* p. 710.

Τρ. Ἆρ' ἂν βλαβῆναι διὰ χρόνου τι σοι δοκῶ,

Ὦ δέ

Ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, τῆς Ὀπώρας καπλάσας;
Ἑρμ. Οὐκ' εἴγε κυκεῶν' ἐπιπίοις γληχωνίαν.

post quæ addit Suidas verba Scholiastæ: καὶ γὰρ οἱ διὰ χρόνȣ ἐσθίοντες ὀπώραν πολλὴν, βλάπτονται· καὶ οἱ συνȣσιάζοντες συνεχῶς. οἱ ȣ̓ν πολλὴν ὀπώραν ἐσθίοντες, ἐὰν γλήχωνα πίωσιν, ȣ̓ βλάπτονται· διὰ τὸ ὑπὸ τȣ̃ ὀπȣ̃ καπεσθίεσθαι τὴν καρδίαν. ἵνα ȣ̓ν ἡ δριμύτης ἀποσύφῃ, γλήχωνα πίνȣσιν.] Ad quæ verba in Notis Vir Cl. pro τὴν καρδίαν potius ὀπώραν legendum censet. & vertit verba, --- *at pomorum esus valetudini non nocet, si pulegium bibatur, quoniam à succo ejus poma consumuntur. Ut igitur acrimonia aliqua (nimiam humorum copiam) adstringat, pulegium bibunt.* Ego vero retineo vocem καρδίαν, partim, quia nimium distant characteres vocum καρδίαν & ὀπώραν, partim, quia sensus omnino requirit καρδίαν, non ὀπώραν. Accedit, quod non tantum hic, sed etiam supra in v. Βληχωνία Suidas habet καρδίαν, & Scholiastæ duo diversi ad illum Comici locum: tertius vero Scholiasta pro καρδίας voce habet στόμαχον. Non itaque voluit dicere *quod à succo pulegii poma consumantur;* sed quod ab *acri succo pomorum stomachus hominis qui multa edit poma afficitur & consumitur.* hoc significant illa verba, διὰ τὸ ἀπὸ τȣ̃ ὀπȣ̃ καπεσθίεσθαι τὴν καρδίαν. καρδίαν enim veteres medici stomachum vocarunt. Alterius Scholiastæ verba notanda sunt. Τȣ̀ς ὑπὸ τῆς ὀπώρας βαρυνομένȣς ἰᾶσθαι φασὶν, εἰ ἀπο-

εἰ ἀποβρέξαντες γλήχωνα εἰς ὕδωρ πίοιειν· ἰᾶσθαι γὰρ οὕτω τοὺς καρδιῶν πόνους. Ridiculus esset, qui hic legeret τοὺς ἱπωρῶν πόνους.

CAP. XXXVII.

Ἄϊζωρ apud Suidam non est mutandum in Ἄϊςος; *sed pro* ἁγνὸς, *quod explicationis gratiâ additur, legendum* ἀγνὼς. *Rursus emendatur Suidas. Vulgata ejusdem lectio vindicatur in voce* βουλεύσεως. *quæ Rhetoribus Atticis erat* crimen conspirationis & insidiarum. *pro qua nequaquam legendum* ἐπιβουλεύσεως. *Bis retinetur rursus vetus Suidæ lectio, & à mendi suspicione liberatur.*

Ἀΐσωρ, ὁ ἁγνός.] Vertitur *Castus, purus.* In Notis Cl. Kuster., scribendum puto „Ἄϊςος, ὁ ἄγνωςος, id est, homo ignotus & „obscurus. Lectio enim vulgata meis saltem „auribus nova prorsus est & inaudita. Nihil est dubium, quin mendum aliquod occupet hunc locum. id tamen non est in priore voce, sed in posteriore. Prior satis est sana, & non debet mutari in Ἄϊςος, ut vult V. Cl., sed posterior est corrupta, & medica manu eget. facile autem sanari potest, si modo ο mutes in ω, & pro spiritu *aspero* ponas *tenuem*, hoc modo: Ἀΐσωρ, ὁ ἀγνώς. h. e. Ἀΐσωρ est *imperitus, ignarus.* sc. Ἀΐσωρ est ex α priv. & ἵστημι, ut ἀγνὼς ex α & γινώσκω. Et ne ullus dubitandi supersit locus, vide sis ipsum Suidam supra in litera Α. pag. 68. ubi habet eandem

dem hanc vocem: Ἀίςωρ, inquit, ἄπειρος, ἀμαθής.

Ἐκλειπία, ἡ συγχώρησις. additque Suidas exemplum ex Josepho, ubi, ἐκλειπίαν τῆς πίστως.] Ad hæc verba Cl. Int. miram ait esse interpretationem vocis Ἐκλειπία. nihil tamen emendat. Procul omni dubio mendum est in interpretatione: nam vox ἐκλειπια non potest significare *concessionem*, συγχώρησις, ut interpretatur Suidas. quare equidem crediderim scripsisse Lexicographum, Ἐκλειπία, ἐξαναχώρησις: quoniam ἐξαναχωρεῖν τὴν πίστιν vel τὰ λεγόμενα, est *a fide & promissis discedere: fidem non servare*. sic Thucydid. Vide inferius apud Suidam v. Ἐξαναχωρέω. unde jam videmus, Ἐκλειπίαν τῆς πίστεως recte exponi ἐξαναχώρησιν τῆς πίστεως, sive ἐκλειπίαν esse ἐξαναχώρησιν.

Ἡγεμονία δικαστηρίȣ.] Ubi præter alia agit Suidas de caussis de quibus cognoscebant Thesmothetæ apud Athenienses, dicit: --- Οἱ Θεσμοθέται, συκοφαντίας, καὶ δώρων, καὶ ὕβρεων, καὶ μοιχείας, καὶ βȣλεύσεως.] Ad quem locum Cl. Interpres docet pro βȣλεύσεως legendum ἐπιβȣλεύσεως, quemadmodum etiam inferius in v. Παράστασις, ubi iterum occurrit βȣλεύσεως, emendat ἐπιβȣλεύσεως. sed infeliciter admodum ita emendavit. Manere debet illud βȣλεύσεως. nam Attici Rhetores sic passim usurparunt hanc vocem pro *insidiis*. Harpocration: Βȣλεύσεως, ἐγκλήματός ὄνομα ἐπὶ ὧν ἐν

παλτόμθυον πραγμάτων· τὸ μθὺ γάρ ἐςιν, ὅταν ἐξ ἐπιβυλῆς τίς τινι κατασκθυάσῃ θάνατον· ἐάν τε ἀποθάνῃ ὁ ἐπιβυλθυθεὶς, ἐάν τε μή. τὸ ἢ ἕτερον, ὅταν ἐγγεγραμμέν© ὡς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ αὐτὸς δικάζηταί τινι, ὡς ἐ δικαίως αὐτὸν ἐγγεγραφότι. Atque dein addit, uſos eſſe in priore ſenſu hac voce Iſæum, Dinarchum, & Ariſtotelem: denique etiam Hyperidem peculiariter ea uſum eſſe ἐπὶ ἐνέδρας καὶ ἐπιβυλῆς τῆς εἰς τὰ χρήματα.

Ἤϊα, ὑπῆρχον. καὶ ἀντὶ ἕ ἐπορθυόμην.] Ad quæ V. Cl. „ Explicatio iſta non convenit voci „ Ἤϊα, quæ aliud ſignificat. Hinc magis pla- „ cet quod legitur in Lex. Photii Ms. Ἤια, „ βρώματα. καὶ τὸ ἐπορθυόμην. Sed tantum differunt hæ voces, ὑπῆρχον & βρώματα, ut non crediderim ita ſcribendum. De variis ſignificationibus vocis Ἤϊα præter alios videndus Scholiaſtes Homeri anonymus, qui ad *Iliad.* ν. verſ. 103.

- - - λύκων τ' ἤϊα πέλονται.

Ἤϊα, inquit, βρώματα, ἐ τὰ ἐν οἴκῳ ἢ ἐσθιόμθυα, ἀλλὰ τὰ ἐν ὁδῷ. Δεῦτε φίλοι, ἤϊα φερώμεθα, Σιμωνίδης φησι. Καὶ τὰ ἄχυρα ἢ ἤϊα λέγεται. ὡς τὸ, ὡς δ' ἄνεμ© ζαῆς ἠΐων θημῶνα τινάξῃ. & ad *Odyſſ.* β. 289.

Ὅπλισσον τ' ἤϊα.

Ἑτοίμασον τὰ ἐφόδια. Οἱ παλαιοί φασιν, ὅτι ἤϊα κυρίως αἱ ὀσπρίων καλάμαι. καὶ διασυλλάβως ἐν συναιρέσει, ἦα, ὡς Φερεκράτης: Τὴν γαςέρ' ἠων κἀχύ-

ρων

ρων σεσαγμένους. Ὅμηρος ἢ τὰ ἁπλῶς βρώματα. δηλοῖ ἢ καὶ τὸν εἰς ναῦν ἐπισιτισμόν. Idem *Odyss.* δ. verſ. 427. ἤια interpretatur ἐπορεύθην ἢ ἐπορευόμην. Ex quibus locis diſcimus, inter alia vocem ἤια ſignificare & βρώματα, quando eſt nomen, & ἐπορευόμην, quando eſt verbum. Non tamen crediderim, ſcripſiſſe Suidam hoc loco βρώματα, ut emendat V. D. pro ὑπῆρχον. Superius jam explicuerat Suidas hanc vocem per βρώματα, pag. 17. ubi nimirum hæc verba habet: Εἶα, χόρτος. Ἤια ἢ, βρώματα. Quando autem hic ſcripſit, Ἤια, ὑπῆρχον, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπορευόμην: confudit duo diverſa verba εἰμὶ *ſum* & εἶμι *eo.* Ab εἶμι *eo*, eſt præt. med. Att. & Poët. ἤια, quod expl. ἐπορευόμην· ſed ab εἰμὶ *ſum* eſt imperfect. Poëticum ἦα. quod expl. ὑπῆρχον, uti in principio hujus pag. Ἦεν, ὑπῆρχεν. Sic apud Homer. *Il.* ε. verſ. 808.

--- τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάῤῥοθος ἦα.

--- talis enim ego adjutrix ſtudioſa eram.

ubi Schol. Ἦα, ἦν, ὑπῆρχον. ubi habes idem verbum ὑπῆρχον. quod hic corruptum cenſet V. Cl. Sic ſolent Veteres illi Lexicographi voces quæ pronunciatione ſunt ſimiles, licet ſcriptura proprie diverſæ, confundere. Simile extat apud Heſychium exemplum in hac ipſa voce. Ἦα, inquit, ἤμην καὶ ἐγενόμην, ἢ ἦλθον ἢ ὑπῆρχον.

Ἡμέρα πονηρά.] Ἡ γραφὴ τὴν τῆς Τιμωρίας

ἡμέραν πονηρὰν καλεῖ. ὥσπερ καὶ ἀγγέλους πονηροὺς, τοὺς τῆς τιμωρίας ὑπουργούς. ὀργὴν δὲ καὶ θυμὸν καὶ θλῖψιν ἐπὶ θεοῦ, τὰς πικρὰς τιμωρίας καλεῖ· οὐ γὰρ φύσιν, οὐδὲ προαίρεσίν φησιν.] Ubi Cl. Kuſter. „Locum hunc, in quo nonnulla verba tranſpoſita „videntur, ſic conſtituendum puto: ὀργὴν δὲ καὶ „θυμὸν ἐπὶ θεοῦ, τὴν θλίψιν, καὶ τὰς πικρὰς &c. „h. e. *Cum autem iram & indignationem Deo* „*tribuit, ſic vocat afflictionem & acerbas pœ-* „*nas* &c. ſic enim vertit. Nihil ego muto: ſenſus enim ſatis eſt commodus, ſc. Scriptura Sacra ὀργὴν *iram*, & θυμὸν *excandeſcentiam*, & θλῖψιν *oppreſſionem* Deo tribuens, ſic vocat *graves pœnas*. Et videtur Auctor reſpexiſſe ad locum Pauli, Rom. 11. 8. 9. -- ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργὴ, θλῖψις &c. Infra Suidas iterum in v. Θλῖψις. τούτῳ, inquit, τῷ ὀνόματι πολλὰ δηλοῦται· φυλακαὶ, ἁλύσεις, ἐξορίαι, καὶ ὅσα ταῦτα. Θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν, ἐπὶ θεοῦ τὰς πικρὰς τιμωρίας καλεῖ &c.

CAP.

CAP. XXXVIII.

Ἴδισμα non est ratiocinatio, *nec deduci potest ab εἴδω, sed pro* Ἴδισμα, λόγισμα, *apud Suidam legendum* Ἴγδισμα, λύγισμα. Ἴσαν *apud Homerum tantum occurrit pro* ἐπορεύθησαν: *apud alios etiam pro* ἔγνωσαν. Θεατροκρατία *est* Theatralis potestas. Ψύχεσθαι *Poët. de animo qui* afflatur.

Ἴδισμα, λόγισμα.] Vertitur *Ratiocinatio.* Et in Notis V. Cl. docet, esse Ἴδισμα, à verbo εἴδω τὸ γινώσκω; unde aor 2. ἴδον. Sed primo series literarum hic respuit Ἴδισμα: ponitur enim inter voces Ἴγδη, & Ἰγνάτιος. quare debebat hic esse vox, quæ post ι habeat γ. non δ. Secundo analogia obstat: nam ab ἰδεῖν non potest formari ἴδισμα, sed ab Ἰδίζειν oportebat formari, at nec ἰδίζειν nec ἰδισμα Græcum est. Utraque vox, crede mihi, corrupta est. pro Ἴδισμα lege Ἴγδισμα, & pro λόγισμα, λύγισμα. Non dubitabis de hac emendatione, si inspicias Etymologum, qui in v. Ἴγδη. ἴγδη, inquit, ἡ θυεία, ἔνθα μίσγομεν τὰ ἀρτύματα. - - - ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως ἹΓΔΙΣΜΑΤΑ, ἐν ᾗ ἘΛΥΓΙΖΟΝ τὴν ὀσφὺν ἐμφερῶς τῷ δοίδυκι. h. e. *Est autem etiam saltationis species ἰγδίσματα, in qua flectebant huc illuc lumbos ad instar pistilli,* quum sc. in mortario aliquid tunditur. Est autem ἴγδισμα ἀπὸ τοῦ ἰγδίζειν, h. e. λυγίζειν, *torquere, flectere.* Monuit hoc etiam Stephanus in Thesauro.

Ἴσαν, ἐπερδύθησαν, παρ' Ὁμήρῳ, καὶ μόνον σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἔγνωσαν.] „Hæc verba (inquit V. Cl.) „sunt somnium inepti cujusdam hominis. ni„hil enim ad hunc locum faciunt: imo falsa „penitus sunt, si hæc ita intelligere velis, quasi „apud Homerum solum & non apud alios, „τὸ ἴσαν pro ἐπερδύθησαν legatur. Mihi, ut verum fatear, secus videtur: & ab ipso Suida addita putem illa, καὶ μόνον. quæ non ita intelligenda sunt, quasi apud Homerum solum & non apud alios τὸ ἴσαν pro ἐπερδύθησαν legatur, sed quod apud Homerum hac sola significatione τοῦ ἐπερδύθησαν occurrat verbum ἴσαν; non vero in altera illa significatione, qua etiam apud alios reperitur, pro ἔγνωσαν. Et hoc verum est: non enim, quod sciam, verbum illud alio significatu quam priore apud Poëtam legitur.

Θεατροκρασία, ὀχλοκρασία.] Vertitur: *imperium populare*. Cl. Kuster. in Notis ait vocem hanc sibi suspectam esse, & Portum legendum putare, Θεατροκρατία, ὀχλοκρατία. sed nec hoc satis sibi placere. Etymologus habet Θεατροκορέσια, Ὀχλοκορέσια. sed & hoc corruptum. Ex tribus hisce optimum censeo Porti Θεατροκρατία, & explico *Theatralis potestas*. notavit Stephanus in Thesauro suo, occurrere apud Platonem *de Legibus*.

Θεοφορία, ἐνθουσιασμός.

- - - - Ἄγρια δ' αὐτὴ

Ἐψύ-

Ἐψύχθη χαλεπῆς πνεῦμ' ὑπὸ θευφορίης.

In hoc epigrammate vocem Ἐψύχθη sibi non placere ait V. Cl. nec sensum eum admittere, quare mallet Κινήθη, vel simile quid. Mihi vero omnino placet: ψύχειν enim non tantum est *refrigerare*, sed etiam *spirare*, & *afflare*. Hesych. ψύξας, πνεύσας, & ψύξασαι, πνεύσασαι. quæ significatio hic etiam locum habet. Πνεῦμ' αὐτοῦ ἐψύχθη sign. *animus ipsius afflatus est.*

CAP. XXXIX.

Suidas emendatur plus semel. Quid κατὰ δάκτυλον. Καταμειδιᾷν τινος. Καταμησάμενος. Κατατροπή. *Nova distinctione juvatur locus viro docto suspectus. Iterum emendatur Suidas.*

Θυάτειρα. ὄνομα τόπου. καὶ Θυατειρηνὸς, ὁ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου. Ὅτι Διοσκόριος Μυραῖος, γραμματικὸς, ὕπαρχος τῆς πόλεως, καὶ πραιτωρίων, ὁ διδάξας τὰς θυγατέρας Λέοντος τοῦ βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ.] Ad illa verba, Ὅτι Διοσκόριος &c. Cl. Kuster: Quid hæc ad vocem Θυάτειρα? & merito hoc quærit: nihil enim faciunt ad illam vocem. Videtur mihi ante hoc fragmentum excidisse vox Θυγατέρας, cujus gratia adduxit Suidas illa verba: in iis enim occurrit vox θυγατέρας. & in sequenti articulo est vox Θυγατριδῆ.

Καθίει, ἀντὶ τοῦ κατάφερε, ἢ ἐπίθες τῷ τρυβλίῳ.] Illa ἐπίθες τῷ τρυβλίῳ nihil ad rem faciunt, inquit

inquit V. Cl. &c. Mihi ſecus videtur. Haud dubie illud καθίει eſt ex Comico, ubi quis coquum jubet carnes coctas vel aſſas imponere catino: id quod Scholiaſtes expoſuit, κατάφερε, ἢ ἐπίθες τῷ τρυβλίῳ.

Κατὰ δάκτυλον, εἶδος ἀριθμητικὸν ἢ γεωμετρικὸν, ἢ ῥυθμοῦ καὶ κρούματος τὸ κατὰ δάκτυλον, ᾧ ἐχρῶντο οἱ αὐλοῦντες περὶ τοῦ νόμου.] Hic τὸ κατὰ δάκτυλον κροῦμα V. Cl. interpretatur canticum quod ſolis tantum fidibus abſque voce humana canebatur. Verum hanc interpretationem minus eſſe veram & genuinam, colligi poteſt ex ipſis verbis Suidæ quæ ſequuntur, ᾧ ἐχρῶντο οἱ αὐλοῦντες περὶ τοῦ νόμου: Si enim tibicines eo genere rhythmi utebantur, quomodo poteſt dici id fidibus cani, quod non eſt αὐλούντων ſed κιθαριζόντων? Eſſe autem tibicinum proprium rhythmum ſecundum dactylum, firmant etiam alii. Ariſtoph. Schol. ad *Nub.* p. 652. Κρούματος εἶδος κατὰ δάκτυλον, ᾧ χρῶνται οἱ αὐληταί. Heſych. in v. Δάκτυλος. Οὕτω καλεῖται ῥυθμοῦ εἶδος καὶ κρούματος. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ μάλιστα ἀθληταί. ubi pro ἀθληταὶ legendum eſſe αὐληταὶ dixi in *Obſerv. Miſcell.* Plutarch. quoque l. de Muſica p. 133. Χρησάμενος τῷ ἁρματίῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει, *uſus modo Harmatio, & ea ſpecie quæ ſecundum dactylum procedit.* loquitur ibi de Olympo diſcipulo Marſiæ præclari tibicinis.

Καταμειδιῶν γενικῇ. ἤγουν καταφρονῶν. Ὁ δὲ μηδὲν

εἰπὼν

εἰπὼν τοῖς ἐρευνῶσιν, ἐσταυρώθη τοῦ θανάτου καταμειδιῶν.] Quia à nemine adnotatum eſt, unde hoc fragmentum ſit decerptum, obiter monebo, eſſe ex Joſepho l. III. B. J. c. 13. ubi ſic: καὶ μηδὲν διὰ πυρὸς ἐξερευνῶ (lege ἐξερευνῶσι) τοῖς πολεμίοις περὶ τῶν ἔνδον εἰπὼν, ἀνεσταυρώθη τοῦ θανάτου καταμειδιῶν.

Καταμησάμενος. ἐπιβαλὼν, ἐπικαταχέας. Ἰώσηπος· Ὁ δὲ περιῤῥήξας τὴν ἐσθῆτα καὶ καταμησάμενος τῆς κεφαλῆς κόνιν.] In Notis ait V. Cl. fragmentum hoc extare apud Joſephum p. 825. ubi pro καταμησάμενος rectius legatur καταπασάμενος. Sed tamen pace V. Cl. dixerim, verbum καταμήσασθαι uſitatum hoc ſenſu eſſe apud Joſephum. ſic p. 802. ejuſd. libri: Τοὺς δὲ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ἦν ἰδεῖν καταμωμένους μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν, γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα τῶν ἐσθήτων περιερρηγμένων. unde conjicio hic etiam olim lectum ita, ut à Suida citatum eſt, καταμησάμενος, & poſtea ab imperitioribus verbum hoc inſolens non intelligentibus, mutatum eſſe in notius καταπασάμενος.

Κατατρυφὴ, καταφυγή.] Κατατρυφὴ certiſſime eſt vox corrupta, uti ſuſpicatus jam olim fuit Stephanus. Vidit hoc etiam Kuſterus, ad cujus tamen ſententiam, putantis vocem poſteriorem eſſe prioris emendationem, non vero interpretationem, atque adeo delendam v. κατατρυφὴ, non accedo; ſed exiſtimem, retineri debere hic vocem aliquam, cujus explicatio

ſit καταφυγή. ſed paullo aliter legendum: pro καταστρυφὴ enim lege καταστροπὴ. quod commode ſignificare poteſt, καταφυγή. τρέπεσθαι enim & κατατρέπεσθαι notant *in fugam ſe convertere*, unde τροπὴ & κατατροπὴ notant φυγὴ & καταφυγή. ſic ὑποτροπὴ & Poët. ὑποτροπίη eſt idem quod ὑποστροφὴ & φυγὴ, ut Schol. Apollonii exponit. Et ſi legas hic κατατροπὴ, non repugnat literarum ſeriei: collocatur enim poſt verbum Καταστρίψειν, & ante Κατατρύχειν.

In v. Κατέκαινεν, poſtquam Suidas eam explicuiſſet, ἀνεῖλεν, ἐφόνευσε, ſubjunxiſſetque Xenophontis locum, addit, κατ᾽ ἐκεῖνο δὴ καιροῦ, ἐν ᾧ ὁ βασιλεὺς ἐπεθύνησκει. ad quæ V. Cl. „Hæc „verba non reperiuntur apud Xenophontem, „quæ proinde loco huic temere adſuta credi„derim. Atqui non ego ita ſentio; ab ipſius Suidæ manu profecta crediderim: ſed novus ſtatuendus articulus, hoc modo: τέλος τοῦ κατέκανε. † Κατ᾽ ἐκεῖνο δὴ καιροῦ &c. Quibus verbis, ſunt enim deſumta ex Hiſtorico quodam Gr., docere voluit Suidas, κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ dici, pro κατ᾽ ἐκεῖνον χρόνον, vel ἐν ἐκείνῳ χρόνῳ, vel καιρῷ. Rem ita ſe habere uti dixi, facile patebit ei qui modo literarum ſeriem inſpiciat, quæ hæc eſt:

Κατέκαινεν,
Κατ᾽ ἐκεῖνο,
Κατεκήλησαν.

Κατέχουσι δ᾽ ἔρωτες ἐμὰς πόλεις. λείπει ἀνθρώπους.

ἀντὶ

ἀντὶ τȣ͂, ἐρῶσιν οἱ ἄνθρωποι τῆς ἐμῆς πόλεως.] Locus hic aliqua medicina indiget: nemo tamen Interpretum ſic judicaſſe videtur. deeſt in illis, κατέχȣσι δ' ἔρωτες ἐμὰς πόλεις, accuſativus ἀνθρώπȣς, uti ex Scholiaſta aliquo docet Suidas. at quæ loquendi forma hæc eſt, κατέχȣσι δ' ἔρωτες ἐμὰς πόλεις ἀνθρώπȣς? ita nemo loquutus eſt, nec valet σωύταξις. Lege tu meo periculo: Κατέχȣσι δ' ἔρωτες ἐμῆς πόλεως.

CAP. XL.

Καλάϊνον χρῶμα. Tres reperiuntur Æſchyli, quos inter Æſchylus Mathematicus auctor fuit libri, cui titulus ποικίλα χρώματα. Quid κλινίς. Emendatur Suidas. Κριὸς prima teſta in venditionibus vinariis. Quid κοιλάς. Rurſus bis emendatur Suidas: Semel vulgata ejus lectio ſuſpecta viro docto retinetur & vindicatur.

Κάλαϊς, ὄνομα κύριον· καὶ Καλάϊνον χρῶμα. Αἰσχύλος ἐν ποικίλοις χρώμασι.] Sic in omnibus Editt. locum hunc legi fatetur Vir doctus: quod tamen adducere ipſum non potuit ut crederet, Æſchylum drama compoſuiſſe ποικίλα χρώματα inſcriptum, quoniam nemo veterum ejus mentionem fecit. Quid ergo? exiſtimat punctum poſt Αἰσχύλος eſſe ponendum, & reliqua inducenda, quoniam nihil ad rem facere, & temere textui inſerta ipſi videntur. Atque idem faciendum cenſet de loco, qui mox ſequitur v. Κάλλη, ubi citatur Αἰσχύλος ἐν ποι-

ἐν ποικίλοις κάλλεσι. Hactenus ille. Ad me quod attinet, non etiam ego crediderim scripsisse Æschylum Tragœdiam, cui titulus Ποικίλα χρώματα: nec tamen verba hæc Suidæ delenda censeo. Ex verbis viri doctissimi colligas eum statuisse, nullum alium extitisse Æschylum præter Tragicum illum. At præter hunc fuere duo alii, nimirum Æschylus *Cnidius*, & Æschylus *Mathematicus*, cujus meminit Aristoteles *Meteorolog*. lib. 1. cap. 6. qui tertius hic apud Suidam intelligendus. hic auctor fuit libri, cui titulus Ποικίλα χρώματα. Vide Joan. Meursium in *Bibliotheca Græca*.

Κλινὶς βάθρον τι. ἡ κλινὶς εἰς πεζαμένον.] Verba hæc, ἡ κλινὶς εἰς πεζαμένον, corrupta & mutila, vel saltem supervacanea, & temere in hunc locum intrusa judicat Cl. Kusterus. Posterius mihi non fit verosimile; sed prius haud dubie verum est, nimirum corrupta esse verba, quæ facile restitui possunt, & levi mutatione, legendo, βάθρον τι ἡ κλινὶς ἐκπεταμένον, h. e. ἡ κλινὶς ἐστι βάθρον τι ἐκπεταμένον.

Κεράς - - - καὶ ἐν ταῖς οἰνικαῖς ἀποστάσεσι κεράς καλεῖται τὸ κεράμιον τὸ πρῶτον, ᾧ τὰ λοιπὰ ἐπιτηρεῖται.] Vertitur: *Et cum vasa venalia exponuntur, primum vas fictile, ex quo reliqua æstimantur*, κεράς *appellatur*. In Notis dicitur à Cl. Interprete, locum hunc esse obscurum & mendosum, quem ita interpretatus est, ac si pro οἰνικαῖς legeretur ὠνικαῖς. & ex lectione vul-

vulgata, quæ Græca ipsi esse non videtur, sensum nullum elicere se potuisse ait. Ad me quod attinet, locum hunc male affectum esse non video. Recte se habet illud οἰνικαῖς, ab οἰνικὸς *vinarius*: recte etiam ἀπόςασις, quæ vox *venditionem* significat. Suidas ipse ea usus est in initio operis ad explicandam vocem Ἀπεμπολή. Sunt itaque οἰνικαὶ ἀποςάσεις *venditiones vinariæ*, i. e. modi vendendi vinum, qui obtinent apud oenopolas. apud illos κεραὸς appellatur *testa prima*. h. e. vas testaceum maximum.

Κοιλὰς, τὸ πλῆθος ἢ τὸ βάθος.] „Hæc in-„terpretatio, inquit V. D., mihi omnino suspe-„cta est, de qua proinde peritus lector cogitet „velim. Legerem τὸ πεδίον, nisi id à vulgata „lectione nimis recederet. Merito suspectam habet vocem πλῆθος. ea certissime est corrupta: Non tamen legerim ego πεδίον, sed πλάτος. Hæc interpretatio commoda est & vera. parum etiam à vulgata lectione recedit. Infra in interpretatione alterius vocis hæc duo πλάτος & βάθος etiam conjunxit Suidas, sc. Κύτος, ὄγκος, χώρημα, βάθος, πλάτος.

Post Λαβεῖν τιμωρίαν in Nova Editione omissum est Λάβη, ἀνθυπόταξιν. quod habet Basileensis, ut & Porti editio: item Λαγόνος, i. e. *lateris*, genitiv. a λαγών.

Λαίεται, καταλύεται.] Vertunt, *dissolvitur*, *evertitur*. Suspecta hæc vox est Cl. Interpreti,

conjicienti legendum pro λαίεται, λύεται. Sed seriei literarum repugnat. Non ego crediderim vitium esse in priore voce λαίεται, sed in posteriore καταλύεται, pro eaque legendum levi mutatione καταλεύεται, *lapidatur*. Est enim τὸ λαίεται a λᾶας λᾶος, *lapis*. Idem hoc mendum est apud Hesychium in hac voce, ubi, λαίεται, καταλύεται ἀπὸ τοῦ λαός. Lege cum Palmerio: λαίεται, καταλεύεται· ἀπὸ τοῦ λᾶος.

Λέγω --- ἀπὸ οὖν τοῦ λέξω μέλλοντος, λέξω ἐνεστώς. ἔνθεν λέξετο· καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρσω, ὄρσεο.] Ad postrema illa, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρσω, ὄρσεο, adnotavit Interpres doctissimus, hæc nihil ad rem facere, & proinde deleri ea velle. Ego minime sic sentio: hoc enim exemplo firmare voluit Suidas, à verborum futuris facta esse aliquando alia verba, ut sc. à futuro λέξω verbi λέγω, factum præsens aliud λέξω, unde apud Poëtam λέξετο; sic etiam à verbi ὄρω *excito* futuro Æolico ὄρσω, factum imperativum poëtic. ὄρσεο. Cave itaque hæc deleas.

CAP.

CAP. XLI.

Duobus tribusve obscurissimis Suidæ locis, minime ab Interpretibus intellectis, lux affertur. Λευιαθὰν, *unde exponatur* δράκων *&* νοῦς μέγας Ἀσσύριος. *Quid* πῶρος. *Quales sint lapides* καταναλίσκοντες τὴν σάρκα σωμάτων. Μάννα *unde ab Suida derivari videatur.*

ΛΕυιαθάν. δράκων. νοῦς μέγας Ἀσσύριος, αἱ ἐναντίαι δυνάμεις. τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς ἐμφωλεύοντα, ὃν ἕλκει τῷ τῆς θεότητος ἀγκίστρῳ, τῷ κεκρυμμένῳ σώματι, οἷά τινι σκώληκι.] Ad quæ verba Cl. Kusterus: „Totus hic locus est admodum obscurus, cujus tenebras nemo discutiat, quin prius investigaverit auctorem, „unde Suidas ista descripsit &c. Videor equidem mihi invenisse, unde hæc hauserit Suidas. Non est mihi dubium, quin respexerit is ad locum Jobi, qui est in *Vatic.* cap. XL. (in *Ald.* XXVIII.) vers. 20. *An extrahes Leviathanem hamo, & in fune demerges linguam ejus?* Græcus Interpres vertit: Ἄξεις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ, περιθήσεις δὲ φορβαίαν περὶ ῥῖνα αὐτοῦ; ubi pro ἄξεις δὲ δράκοντα, Symmachus vertit, ἑλκύσεις δὲ Λευιαθὰν, servata voce Hebræa. Draconem autem dici Leviathan à multiplici flexu, probat ὁ πάνυ Bochartus ex Arabismo, *Hierozoic.* Part. II. lib. V. cap. 16. Hinc Suidas Λευιαθὰν primo exponit δράκων. Quod vero dein exponat, νοῦς μέγας Ἀσσύριος, &c. hoc habet ex Patribus quibusdam, qui per Leviathan mystice intellexe-

tellexerunt Diabolum, Serpentem illum antiquum, Draconem magnum. sc. in *Catena Græcorum Patrum in Jobum* p. 566. Olympiodorus in Protheoria cap. XXVIII. agens de voce Leviathan, inter alia habet, ὅλα ἢ εἰς τὸν ἀποστάτην δράκοντα ΤΟΝ ΝΟΥΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΤΩΝ ΑΣΣΥΡΙΩΝ, τουτέστι τὸν ΣΑΤΑΝΑΝ καλῶς ἀναφέρεται τὰ γεγραμμένα. En tibi eadem fere verba, quæ hic habet Suidas. Quod vero spectaverit Suidas locum illum Jobi, insuper patet ex sequentibus, ἐν ἕλκει τῷ τῆς θεότητος ἀγκίστρῳ. apud Jobum enim est ἄξεις ἢ δράκοντα (vel ut Sym. ἑλκύσεις ἢ Λευιαθὰν) ἐν ἀγκίστρῳ. Accedit quod Suidas noster infra in v. Ψελίῳ: ψελίῳ, inquit, περιοχῇ. ὁ Κύριος ἐν Ἰὼβ περὶ τοῦ δράκοντος, τουτέστι τοῦ Διαβόλου· ψελίῳ ἢ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ.

Λίθων ποτίμων. μήποτε τῶν πόρων λέγει, οἱ πίνοντες τὸ ὕδωρ ἰσχυρότεροι γίνονται, ἢ τῶν τὴν σάρκα συντιθεμένων καταναλισκόντων σωμάτων.] Ad hæc verba Portus: *Vide, ne forte* τοὺς πόρους i. vectigalia *significet, quæ ex lapidibus colliguntur. Qui bibentes aquam robustiores fiunt, haustis his lapidibus in pulverem redactis.* Sed bene fecit, quod addiderit Portus suum N. L. est enim id ridiculum. Recentior Interpres hæc obscura esse ait, quæ vix quisquam illustrare queat, nisi prius reperto loco auctoris, ad quem nota hæc referenda est. Fateor ego obscuriora esse hæc ei qui lectionem vulgatam servaverit. At

faci-

faciliora evadent, si quis unam modo mutaverit literam, si pro vocali brevi posuerit longam, h. e. pro πόρων legat πώρων. intelligitur enim lapis, qui Gr. πῶρος, Latine *tofus* dicitur. Gloss. πῶρος, ὁ λίθος, *tofus*, *tofum*. πῶροι, *tofi*. Pollux *Onom.* lib. VII. cap. 27. ἔνεστι δ' εἰπεῖν, καὶ λίθον σκληρὸν καὶ λίθον πώρινον. & lib. X. cap. 43. ex Aristophanis *Tagenistis* habet, Νεβρίδα, καὶ λίθους πωρίνους. Pausan. *Eliac.* I. Ἔστι δὲ λίθου πωρίνου κρηπὶς ἐν τῇ Ἄλτει πρὸς ἄρκτον τοῦ Ἡραίου. Quod ad sequentia verba Suidæ attinet, ἢ τῶν τὴν σάρκα ἐντιθεμένων καταναλισκόντων σωμάτων, obscuriora prima fronte videntur, nec intellexit Interpres vertens, *vel corpora quæ carnem incidunt & consumunt*. Hoc fateor ego me nullis fidiculis ex Græcis extorquere posse, nisi ἐντίθεσθαι significaverit *incidere*, quod inauditum est, & nisi addatur copula καί. Sed quis sensus, *corporum quæ carnem incidunt?* Si quis recte advertat ad verborum structuram, sensum commodum ex iisdem elicere poterit, quem hunc esse puto, ἢ τῶν (λίθων sc:) καταναλισκόντων τὴν σάρκα ἐντιθεμένων σωμάτων. h. e. *aut* (lapidum) *qui consumunt carnem cadaverum quæ in iis conduntur*. Intellexit Suidas lapidem, quem à vi exedendi corpora σαρκίφαγον vocant, ex quo fiebant conditoria sive loculi mortuorum. Plinius lib. II. Sect. 98. *At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: sarcophagus vocatur.*

 Idem

Idem lib. XXXVI. Sect. 27. *In Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo, absumi constat intra* XL. *diem, exceptis dentibus.*

Μανὸν, ἀραιὸν - - - καὶ ἡ μάννα ἀπὸ τοῦ πτρίφθαι ὠνόμασαι.] Ad hæc Vir doct: „Sic etiam „habet Photius in Lexico inedito: sed quæso, „quo sensu? Quid enim hic sibi vult manna? „aut quomodo ea vox a πτρίφθαι deduci po„test? Quare statuat lector, utrum locus hic „litura sanandus sit, an vero amplius de eo „cogitandum. Ad me quod attinet, haud facile ego locum aliquem litura sanaverim; sed potius de eo amplius cogitare velim. Animo itaque versans hunc locum, mentem Lexicographi hanc esse judicavi, quod sc. agens in hoc articulo de voce Μανὸς, quæ *rarum* & *tenuem* significat, subjecerit, vocem μάννα etiam esse à μανὸς, quando significat *grana thuris concussu elisa.* Plinius lib. XII. cap. 14. de thure, *Micas concussu elisas mannam vocamus.* Vid. Stephanum in v. μάννα. Non itaque voluit dicere Suidas, vocem μάννα dictam esse ἀπὸ τοῦ τρίβεσθαι vel πτρίφθαι, quod absurdum foret; sed concussu elisa, rara & tenuia facta, ἀραιὰ, thuris grana dicta esse μάννα à μανός.

Μήδ' ἂν πλαδίη. ἀντὶ τοῦ, μηδὲ πλησίον γένοιτό μοι τοῦτο, ὅπερ λέγεις.] Pro πλαδίη scribendum πλαδδίη per duplex δδ. est ex Aristophanis *Lysistrate* pag. 897.

Οὐ τὸν Δί' οὐκ ἔγωγα. μηδ' ἂν πλαδδίη.

CAP.

CAP. XLII.

Recensentur voces quædam Suidæ in litera M, quæ in nova Cantabrigiensi editione omissæ sunt.

LUbet hoc capite recensere voces incipientes à M, quæ in nova Suidæ editione sunt omissæ, quæque in Basileensi & Porti editione reperiuntur.

Μανείην εὐκτικόν. omissa ante Μάνης.
Μαργαρίτης. ante Μαργαρίτης.
Μαρδόνιος. ante Μαρδοχαῖος.
Μαραίνω αἰτιατικῇ. ante Μάρης.
Μαιμάχης. ante Μαιμώσσα.
Μεὶς μεῖδος. ante Μελαγχία.
Μελαίνω αἰτιατικῇ. ante Μελεάγρεια
Μελίτων, &
Μελιτηρός. ante Μελίφρων.
Μέμβραξ. ante Μεμβράς.
Μενοικεύς. ante Μενοινή.
Μενοινᾶος post Μενοινή.
Μεταβαίνειν γενικῇ. ante Μεταβολή.
Μεταλλάσσειν αἰτιατικῇ. ante Μετὰ Λέσβιον.
Μεταινίσσομαι γενικῇ, &
Μετάνοια. ante Μεταξύ.
Μετεῖναι. ante Μετιέναι.
Μετρῶ αἰτιατικῇ. ante Μετρείτω.
Μειονεξία. ante Μεὶς.
Μειοῦται. post Μεὶς.
Μὴ ἐλλίπης.

Μὴ ἐμβαίη,
Μὴ ἐπιχειρῆτε. ante Μεθώνη.
Μηϊόσι. ante Μηκάδες.
Μήκοθεν ante Μῆκος φάλαγγος.
Μηκώμηθρος ante Μήκων.
Μηλιεῦς καὶ Μήλιοι. ante Μηλιῶν.
Μηνύσαι. &
Μήονος, ἐθνικόν. ante Μὴ οὐχί.
Μηπιόωσι. ante Μετισομαι.
Μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι. ante Μὴ πείθου τοῖς διαβάλλουσι.
Μίμησις. ante Μίμερνος vel Μίμνερμος.
Μιμνήσκω, γενικῇ. &
Μίμος. καὶ Μιμοῦμαι. αἰτιατικῇ. ante Μίν.
Μισθοῦμαι, αἰτιατικῇ. ante Μισθοφορά.
Μνηστῶ, γενικῇ. ante Μνηστή.
Μολύνω, αἰτιατικῇ. ante Μολυρίς.
Μῦες. ante Μυζεῖ.
Μυστήρ. ante Μυστήρια.

Vides, quantus vocum numerus sit heic omissus in sola litera M. quas habent aliæ Editiones. Non debebant illæ præteriri, licet quædam sint mendosæ, & licet nulla iis addita sit interpretatio. Docere aliquando voluit Suidas, quomodo construantur verba, ut Μαραίνω & Μελαίνω cum *accusativo:* Μεθίσταμαι cum *genitivo* &c. & in illis Μὴ ἐλλίπῃς. Μὴ ἐμβαίη. Μὴ ἐπιχειρῆτε, adnotare voluit, voculam μὴ construi cum *optativo* & *subjunctivo*. Auctor Etymol. M. Συντάττεται ἡ (Μὴ) μετὰ τριῶν ἐγκλί-

ἐγκλίσεων· μετὰ προςακτικῆς, ὡς τὸ, --- μὴ ψεύδε' ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν: --- μετὰ εὐκτικῆς, ὡς τὸ, Εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην: --- καὶ μετὰ ὑποτακτικῆς, ὡς τὸ, Μὴ δή πω ὑπ' ὄχεσφι λυώμεθα μώνυχας ἵππους. Aliquando adnotavit vocem ex Homero, licet interpretationem non addiderit, ut in v. Μήονος respexit ad locum Poëtæ, qui est *Iliad.* ε. verſ. 43.

> Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Φαῖστον ἐνήρατο Μήονος υἱὸν Βώρου.

ubi Scholiaſtes: Μήονος Λυδοῦ· ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἐθνικόν. ſic in v. Μητιόωσι reſpexit ad locum *Iliad.* η. verſ. 45.

> Βουλὴν, ἥ ῥα θεοῖσιν ἐφήνδανε μητιόωσι.

ubi Schol. Μητιόωσι, βουλευομένοις.

CAP. XLIII.

Ὑπὲρ *ſæpe pro* περὶ *uſurpatur, ut Lat.* ſuper *pro* de. *Emendatur Suidas in voce* Ὠρονομεῖον, *pro quo leg.* Ὡρονομεῖον *i. e.* horologium. Ἐφήμεροι *à Sileno dicti* mortales.

Νέαρχος. οὗτος συνεστράτευσεν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ συγγραφὴν συνεγράψατο ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου.] Pro ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου legendum cenſet noviſſimus Interpres περὶ Ἀλεξάνδρου. quia vulgata lectio ſignificare videtur, Nearchum hiſtoriam pro Alexandro ſcripſiſſe. Sed miror, virum in Græcis verſatiſſimum non obſervaſſe, ὑπὲρ ſæpe idem ſignificare quod περὶ, *de.* ſic

λέγειν, εἰπεῖν, γράφειν ὑπὲρ τινος passim occurrunt. Ælianus *Var. Hist.* 11. 24. Τοιαῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντες. Latini pariter *super*, pro *de* usurpant. Plautus *Cistellar. Quid nuncias super anu?* Virg. 11. *Æneid.*

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Ὡροκομεῖον.] Vox hæc suspecta est Eruditissimo Kustero. nihil tamen addit aut emendat. Tu vero lege Ὡρονομεῖον, quod est *horologium*, sic dictum, quod horas habet distributas, ab ὡρονομέω, de quo vide Lexica. Series literarum satis etiam indicat ita legendum: nam præcessit Ὡρολόγιον, sequitur Ὧρος.

Ὦ ἐφήμερε. ὦ ἄνθρωπε. οὕτω παρεισάγει λέγοντα Ἀριστοφάνην ἐν Νεφέλαις τὸν Σωκράτην. & paullo post: περιέθηκεν οὖν αὐτῷ φωνὴν τὴν ἐκ τῶν Πινδάρῳ Σειληνοῦ. ὁ γάρτοι Πίνδαρος διαλεγόμενον παράγων τὸν Σειληνὸν τῷ Ὀλύμπῳ, τοιούτους αὐτῷ περιέθηκε λόγους· Ὦ τάλας, ἐφήμερε, νήπιε &c.] Non video in Notis hic aliquid monitum de nomine Ὀλύμπῳ, cum Scholiastes Aristophanis, unde hæc sunt desumta, habeat Ὀλυμπίῳ. Utrumque vero & Suidæ Ὀλύμπῳ & Scholiastæ Ὀλυμπίῳ, videtur mendo laborare, & legi debere Ὀλυμπίχῳ: fuit enim Olympichus Pindari discipulus, qui haud dubie intelligendus. Nimirum Pindarus ita induxit Silenum alloquentem Olympichum qui erat ipsius discipulus: Ὦ τάλας, ἐφήμερε. Cæterum simili modo, ut

ut refert Plutarch. *de Consolat. ad Apollon.* pag. 115. Silenus à Mida interrogatus, immo adactus ad dicendum, quidnam foret optimum hominibus, respondit: Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν, ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι &c. adeo ut videatur Sileno proprium fuisse, insignire hominem ἐφημέρου vocabulo.

CAP. XLIV.

Παλάθαι *non sunt* placentæ ex caseo formatæ, *sed* massæ ex amurca. *Suidas bis emendatur; bis etiam ejusdem lectio vetus defenditur. Quid* περιβάδην, ἀμφιπλὶξ, ἀμφιπλίσσεσθαι. Ἀμφὶ *in quibusdam compositis idem est quod* περὶ, circum.

ΠΑλάθαι, καὶ τὰ ἐκ τρυγὸς πλάσματα.] Vertitur: *Sic etiam vocantur placentæ ex caseo formatæ.* Sed πλάσματα non sunt *placentæ:* sunt *massæ:* *&* τρὺξ non est *caseus.* Verum suspecta hæc vox est Viro Docto, quare legit τυροῦ, ad quam lectionem adornavit quoque versionem. Ego vero nihil mutandum affirmo: sana satis vox τρυγὸς, quæ pro *amurca* hic sumitur, adeo ut τὰ ἐκ τρυγὸς πλάσματα sint *massæ ex amurca.* Suid. in τρασιὰ --- ἀπὸ δὲ στεμφύλων ἡ τρὺξ, *ex olearum retrimentis fiunt fraces.*

Πάνυ γὰρ ἔστ' ἤδη χολὴ πολύ. τὸ δὲ πολὺ, κἂν ᾖ γλυκὺ, μοχθηρόν.] Ad hæc verba Cl. Kustе-

rus:

rus: *Locus hic suspectus mihi est, de quo tamen nihil certi affirmare possum* &c. Miror sane, virum doctissimum, qui ita in Aristophane versatus est, nescivisse locum hunc Comici, qui statim in principio *Ranarum* occurrit vers. 4. sic itaque restituendus:

--- πάνυ γὰρ ἔςʼ ἤδη χολή·

πολύ· τὸ ἢ πολὺ, κἂν ᾖ γλυκὺ, μοχθηρόν. Priora hæc verba sunt Aristophanis, nimirum, πάνυ γὰρ ἔςʼ ἤδη χολή. Sequentia sunt Scholiastæ, quæ apud eum sic leguntur: Πάνυ ἀντὶ τȣ̃ πολύ, τὸ ἢ πολὺ, κἂν ᾖ γλυκὺ, πονηρόν ἐςιν &c. Verba illa Comici in versione præterita sunt. Sensus eorum est: *Nimium enim jam fastidio est*. Monet ibi Bacchus herus servum suum Xanthiam, ut abstineret ab ea querela, se onere gravi premi, nec sustinere illud amplius posse: quia toties totiesque in *Fabulis* induci consueverunt servi de onere conquerentes, ut non possit non spectatoribus id nunc esse fastidium & nausea, ut non amplius iis suave & gratum esse queat, sed contra ea ingratum & amarum. Similis est in *Concionatricib.* locus p. 740. Μισȣ̃σι γὰρ, ἢν τὰ παλαιὰ πολλάκις θεῶνται. Male itaque apud Suidam legitur σχολὴ pro χολή. unde nata mala quoque versio: *Omnino enim multum nobis nunc est otii*, pro, *Nimium enim nunc est ingratum.* hinc vulgo dici solet: Μηδὲν ἄγαν, *ne quid nimis.*

Παρὰ σφᾶς ὡς οὐκ ἐσπλεῖν &c.] Pro ὡς οὐκ lege

lege ὅσον οὐκ. est enim locus Thucydidis l. II. p. 141. Edit. Oxon. καὶ παρὰ σφᾶς ὅσον οὐκ ἐσπλεῖν αὐτούς. h. e. & *tantum non contra se venturos* (hostes.) ubi Schol. eadem hæc verba habet, quæ Suidas: ἀντὶ τοῦ σχεδὸν, ὡς τὸ μονονουχί. Ceterum ὡς οὐκ non dicunt Græci eo sensu.

Πεπελτωμένα, πεπιναρωμένα.] Nequaquam pro Πεπελτωμένα scribendum καταπεπελλωμένα, à πελλὸς *niger*, *lividus*, uti existimat Portus, & cum eo Kusterus; sed servanda omnino vox Πεπελτωμένα, quæ ab ipsius Suidæ manu est profecta, qui eam descripsit ex codice aliquo LXX Interpretum, Josuæ IX. 5. ubi Cod. Vat. habet, καὶ τὰ σανδάλια αὐτῶν παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα. sed Cod. Oxon. καταπεπελτωμένα. id Suidas divisim legit κατὰ πεπελτωμένα, atque adeo vocem πεπελτωμένα exposuit πεπιναρωμένα. Significant autem σανδάλια πεπελτωμένα, vel potius καταπεπελτωμένα, *calceamenta sordida*, *pannis* sive *pittaciis consuta*. Eadem opera emendandus Hesychius, qui Καταπεπολτωμένα, καταπεπινακωμένα. Lege, Καταπεπελτωμένα, καταπεπιναρωμένα. Qui locus Hesychii Suidam non parum illustrat, & satis demonstrat non legendum πεπελλωμένα à πελλὸς, sed πεπελτωμένα, per syncopen pro πεπελματωμένα, à πέλμα *solea calceamenti*.

Περιβάδην, ἀμφιπλὴξ. παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τριπτολέμῳ.] „In Nota hac, inquit Cl. Int., in-

„versa sunt omnia. Τὸ ἀμφιπλὶξ enim debe-
„bat esse articuli caput, & περιβάδην ejus in-
„terpretatio &c. Deinde: Ceterum Grammatici,
„--- τὸ ἀμφιπλὶξ interpretantur περιβάδην, i.
„e. *circumeundo*, vel *obeundo*: quæ interpre-
„tatio tamen τῷ περιπλὶξ potius convenit.
„Πλίσσεσθαι enim est διαβαίνειν, i. e. *crura di-*
„*varicare ad ingrediendum*: unde περιπλίσσε-
„σθαι recte interpreteris περιβαίνειν, & περι-
„πλὶξ, περιβάδην. At ἀμφιπλίσσεσθαι (unde
„ἀμφιπλὶξ) erit, utrumque pedem alterna-
„tim promovere, quod illi, qui ingrediuntur,
„faciunt. Τὸ ἀμφὶ enim in compositione non
„sign. *circumcirca*, sed *utrinque*, velut ἀμ-
„φιδέξιος, non est undique dexter, sed, u-
„traque manu dexter &c. Hæc & plura ibi dis-
serit de hac voce. sed frustra, ut mihi quidem
videtur. Primo nullum mihi est dubium, quin
hic locus ita conceptus sit à Suida, uti se ha-
bet. Suidas enim ad verbum, quod sæpe fecit,
hic descripsit Scholia Aristoph. ad *Acharn.* p.
382. ubi postquam Scholiastes explicuerat
Ἀπεπλίξατο per ἀπεσείσατο, ἀπέφυγεν, addit,
Πλὶξ γὰρ τὸ βῆμα, καὶ πλίγματα τὰ πηδήματα,
ἔνθεν καὶ τὸ περιβάδην, ἀμφιπλὶξ παρὰ Σοφοκλεῖ
ἐν Τριπτολέμῳ. Jam postrema illa verba περι-
βάδην, ἀμφιπλὶξ &c. excerpsit Suidas, & in
sua serie collocavit. Sed perperam apud Sui-
dam ponitur distinctio post ἀμφιπλὶξ. Sic enim
scribendum, ut in Scholiis Comici, περιβά-
δην,

δην, ἀμφιπλὶξ παρὰ Σοφοκλεῖ. Hoc enim voluit: Quod vulgo περιβάδην dicitur, hoc apud Sophoclem eſt ἀμφιπλίξ. Secundo, quod dicit Vir Cl. τὸ ἀμφὶ in compoſitione non ſignificare *circumcirca*, ſed *utrinque*, in eo quoque fallitur. Verum eſt, ἀμφὶ in quibuſdam compoſitis ſignificare *utrinque*, non tamen in omnibus. in multis enim deſignat *circum*, æque ac περί: ſic ἀμφιπέτεσθαι eſt περιπέτεσθαι *circumvolare*. Heſych. ἀμφέπτατο, περιεπέτατο. ſic ἀμφιβαίνειν eſt περιβαίνειν *circumire*. Jam quia πλίσσεσθαι eſt βαδίζειν, βαίνειν, *incedere*, *ire*; ἀμφιπλίσσεσθαι ſignificare poteſt, & ſignificat *circumire*, unde ἀμφιπλὶξ recte exponitur περιβάδην, *circumeundo*.

CAP. XLV.

Περιεῖναι cum casu secundo est superare. *Περιϊςάναι cum quarto casu est* circumstare. *Notatur Portus.* Περιέςραπται *non est à* περιαςράπτω, *sed à* περιςρέφομαι. *Insignis locus à Suida citatus ex Cyrillo Monacho de vita S. Sabæ, ab Interpretibus minus intellectus illustratur, & à mendi suspicione liberatur, levi tantum distinctione sublata juvatur, doceturque per* τὸν πατριάρχην Ἠλίαν *intelligendum esse Episcopum sive Patriarcham Hierosolymytanum, qui floruit initio sæculi* VI. *atque adeo nequaquam pro* τὸν πατριάρχην Ἠλίαν *legendum esse* τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, *uti putabat* V. D.

Περιεςηκός. Καὶ περιςάντες αὐτὸν πᾶν τὸ τῆς ἀδελφότητος πλήρωμα, καὶ τὸ περιεςηκὸς ἐκεῖνο πλῆθος τὸν πατριάρχην Ἠλίαν διαπεμψάμενος ὁ θεῖος Σάββας.] Monendum hic ante hanc pericopam Basileenses & Portum plura habere verba, quæ in Nova editione non comparent, ut:

Περιέςαι, γενικῇ.
Περιέςηκεν, αἰτιατικῇ.
Περιΐςαται.
Περιέςραπται. καὶ περιςάντες αὐτὸν &c.

Ad postremum illud περιέςραπται, Portus, *Si Codex*, inquit, *sanus*, *verbum est præt. pass.* à περιςράπτω. *Sed & præcedentia & sequentia hujus vocis lectionem non admittere videntur. Fortasse* περιέςαται, i. e. *circumstat.* Hactenus Portus. Sed infeliciter, ut mox ostendam. Non

hæc

hæc è textu erant ejicienda, licet ordine minus recto collocata. Postquam Suidas docuerat, Περιέσαι cum genitivo usurpari, cum sc. denotat *superabit*, ad aliud verbum transiit, docens, Περιέστηκεν cum accusativo usurpari, atque hoc significare *circumstat*, vel *ambivit*, *circuivit*. ideo addit explicationis gratia, περιΐσταται, περιέστραπται. At Portus erravit, qui dixit esse à περιστράπτω, *fulgure circumdo*. hoc Græcum non est, sed περιαστράπτω. unde fieret περιήστραπται per η, non περιέστραπται per ε. Est autem περιέστραπται à περιστρέφεσθαι, quod idem denotat cum περιϊστάναι, *ambire*, *circumstare*. Sic itaque collocentur verba Suidæ:

Περιέσαι, γενικῇ.
Περιέστηκεν, αἰτιατικῇ, περιΐσταται, περιέστραπται &c.

Hoc probaturus addit duo exempla, in quibus verbi hujus περιΐστημι participium cum accusativo occurrit. Prius est: Καὶ περιστάντες αὐτὸν πᾶν τὸ τῆς ἀδελφότητος πλήρωμα. Posterius: καὶ τὸ περιεστηκὸς ἐκεῖνο πλῆθος τὸν πατριάρχην Ἠλίαν διατεμὼν ὁ θεῖος Σάββας. h. e. *& cum divinus Sabbas perrupisset multitudinem illam, quæ Patriarcham Eliam circumstabat*. Male enim vulgo distinctio ponitur ante verba: ὁ θεῖος Σάββας. quæ proinde acceperunt Interpretes, ac si esset nomen Auctoris, ex quo fragmentum hoc decerpserit Suidas. unde Cl. Kuste-

rus ad ea, si eſt nomen Auctoris, eum ignotum ſibi eſſe fatetur. Pariter hinc liquet, perperam ab eodem Viro docto pro διαπεμῶν legi διέπεμον, quia non cogitabat, nomen illud Σάββας ad præcedentia pertinere: perperam etiam ab eodem pro τὸν πατριάρχην Ἠλίαν legi τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, Eſaiam enim ſerra diſſectum fuiſſe Hiſtoria ſacra teſtatur, inquit, quod Auctor hujus fragmenti innuere velle videtur. Sed ut alia mittam, quantæ eſt audaciæ pro πατριάρχην Ἠλίαν reponere προφήτην Ἡσαΐαν? Cave mutes illa τὸν πατριάρχην Ἠλίαν: nec tamen velim intelligas Eliam illum Thiſbiten, prophetam, cujus γνώριμος fuit Eliſæus: quem Eliam S. Hiſtoria teſtatur translatum eſſe in cœlos; ſed alium aliquem Eliam, recentiorem multo, qui vixit tempore Anaſtaſii Imperatoris in principio ſæculi VI. & fuit Patriarcha Hieroſolymitanus: quo tempore etiam vixit hic Σάββας, vel ut alii vocant, Σάβας, qui fuit Abbas in Palæſtina, cujus vitam conſcripſit Cyrillus Monachus. Vid. Laurent Surium in Vit. Sanctorum, Tom. VI. Decembr. 5. Citat hanc Sabæ vitam etiam Suidas infra in v. Φαγεῖν. h. v. Φαγεῖν, γενικῇ. Μὴ μήλου παρεάσαι φαγεῖν. ζήτει ἐν τῷ τοῦ ὁσίου Σάβα βίῳ. En τὸν ὅσιον Σάβαν vocat, quem hic τὸν θεῖον Σάββαν. Hiſtoria quo reſpexit Suidas, ita habet: Severus Epiſcopus Antiochenus miſerat ſua ſynodalia ad Eliam Patriarcham, quæ cum ille non admit-

admitteret, ad iram accendit Imperatorem. quare rursus mittuntur eadem Hierosolymam, mittuntur simul clerici quidam cum manu militari non parva, quæ vim afferret iis, qui non in eandem sententiam possent adduci. Hæc cum ita se haberent, & Eliæ jam grave immineret periculum, omnique auxilio is esset destitutus, congregavit divinus Sabas primarios Monachos, quibuscum perrumpens illam quæ Eliam circumstabat multitudinem, (hoc est quod Suidas, τὸ περιεστηκὸς ἐκεῖνο πλῆθος τὸν πατριάρχην Ἠλίαν διαπμῶν ὁ θεῖος Σάββας) Severi ministros illinc fugat, ut hab. Cyrill.

CAP. XLVI.

Περιστίαρχος recte etiam dicitur æque ac Περιεστίαρχος. Πεττεύειν *est* mutare, transferre ab uno ad alium, *metaphora à* tesseris. *Locus Suidæ corruptus emendatur.*

ΠΕριστίαρχος, ὁ περικαθαίρων τὴν ἑστίαν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν πόλιν.] In notis ad h. l. V. D. *Potius*, inquit, περιεστίαρχος, *ut habet Mich. Apostolius. Composita enim est hæc vox ex* περὶ *&* ἑστίαρχος &c. Tu vero nihil muta: quoniam primo, series literarum requirit Περιστίαρχος, non Περιεστίαρχος. præcedit enim Περιστεφανωσάντων, sequitur Περιστίξαι. & Hesychius in sua serie habet Περιστίαρχος. Secundo, Aristophanes & alii optimi & antiquissimi auctores habent Περιστίαρχος, in *Concion.* p. 727.

Ο Πε-

Ὁ Περιςίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. est à περίςια, h. e. καθάρσια, ut ipse Suidas mox subjungit.

Πεττεύει, μεταφέρει.] Interpres in Notis novæ Edit. mancam esse ait hanc interpretationem, addi saltem debere ψῆφον: Verum salvo doct. Viri judicio, putem ego, Suidam τὸ πεττεύει hic sensu improprio sumere pro *mutare, transferre ab uno ad alium*, quemadmodum fortuna dicitur πεττεύειν transferre sua dona ab uno ad alium. Pariter Hesych. πεττεύει exponit μεταςρέφει. Et metaphorice Suidam hic posuisse Πεττεύει, μεταφέρει, satis indicat quod subjungit ἀπὸ τῶν πεττῶν. quibus verbis innuit, translationem esse desumtam à tesseris, quæ, quando iis luditur, transferuntur sæpe nunc huc nunc illuc. Recte itaque Suidas Πεττεύει μεταφέρει, nec manca est interpretatio.

Προντούλων. οὐ μόνον ὅτι οὐκ ἐδέξατο τὰ δῶρα, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν ἔπεμψέ μοι ἄλλο πλακούντιον προντούλων. ὡσανεὶ λέγων, μηκέτι πατῆσαι ἐκεῖ με.] Hic Cl. Interpres in Nova edit. barbaram dicit vocem Προντούλων, & merito, nec tamen emendat, cum facile posset ex ipso Suida, qui alio in loco ipsissima hæc verba adducit sine vitio. Sunt sc. verba Scholiastæ Aristophanis ad *Plut.* vers. 1000. quæ itidem habet Suidas supra in Voc. Ἄμητα. ubi: Ἄμης, εἶδος πλακοῦντος γαλακτῶδες. Ἀριςοφάνης Πλούτῳ·

Ἄμητά τε προσέπεμψεν ἡμῖν τουτονί.

Οὐ

Ου μόνον ὅτι οὐκ ἐδέξατο τὰ δῶρά μου, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν ἔπεμψέ μοι ἄλλο πλακούντιον πρὸς τούτῳ· ὡσανεὶ λέγων μηκέτι πατῆσαι ἐκεῖ με. En tibi ipsissima verba quæ hic. Sed ibi recte legitur πρὸς τούτῳ, pro quo hic vides barbarum illud προντούλων. quo ut rariore vocabulo, si non ipse Suidas, aliquis saltem sciolus Lexicon hoc augere voluit, usus codice Aristophanis, in quo corruptæ erant voces πρὸς τούτῳ, & pro iis legebatur Προντούλων: parum differunt

ΠΡΟΣΤΟΥΤΩι

& ΠΡΟΝΤΟΥΛΩΝ.

putavitque ille, esse nomen placentæ alicujus.

CAP. XLVII.

Σαρπηδονία pro μεγάλη proverbialiter. Suidas emendatus. Σεῖσαι pro συκοφαντῆσαι. Rursus emendatus Suidas. Συνοδία. Σφαιρωτήρ. Σχεδιάζειν.

ΣΑρπηδονία ἀκτή. - - - Κράτης τὴν μεγάλην.] Locum hunc mutilum esse censet V. Cl. & absque meliorum codicum ope haud facile in integrum restitui posse. Ego vero nihil vitii verbis inesse puto. hoc enim vult Suidas, quod Crates voce Σαρπηδονία pro *magna* usus sit. Κράτης (Σαρπηδονίαν) τὴν μεγάλην λέγει. Confer Hesychium, qui Σαρπηδόνιον exponit τὸ μέγα. Habet Erasmus in Adagiis Σαρπηδονία ἀκτή.

Σὲ δ' ταῦτ' ἀρέσκει· μ' ἀλλὰ πλεῖν ἢ μαίνομαι.] Sic locum refinxiſſe dicit Cl. Int. autoritate Ms. Paris. A. ceterum vocem με ante ἀλλὰ videri ſupervacaneam. Recte: με ſupervacanea eſt. Sed & ἀλλὰ locum hic non habet: Debuiſſet ſic refingere:

Σὲ δ' ταῦτ' ἀρέσκει; Καὶ μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι.

ſunt enim ipſiſſima Ariſtophanis verba in *Ranis* verſ. 103. ubi Hercules rogat, Σὲ δ' ταῦτ' ἀρέσκει; reſpondet Bacchus, Καὶ μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι. ubi poſterior Scholiaſtes: πλέον ἢ μαίνομαι ἐπ' αὐτῷ, τουτέστιν, ὑπερβαλλόντως μοι ἀρέσκει.

Σεῖσαι, τὸ συκοφαντῆσαι.] Dein addit exemplum ex Comico: Ἀριστοφάνης, inquit, Δαιταλεῦσιν· Ἔσειον, ἤτουν χρήματ', ἠπείλουν, ἐσυκοφάντουν πάλιν. Ubi notat doct. Int. metrum fragmenti luxatum eſſe, quod facili negotio ſic in integrum reſtitui poteſt:

Ἔσειον, ἤτουν χρήματ', ἠπείλουν, πάλιν
Ἐσυκοφάντουν.

At τὸ ἐσυκοφάντουν mihi non videtur pertinere ad verba Ariſtophanis; ſed hoc addidiſſe Suidas ad explicandum τὸ ἔσειον. Σεῖσαι enim interpretatus fuerat συκοφαντῆσαι.

Σωφρονεῖς. ἀντὶ τοῦ μόλις ἐστράφης, ἢ καλῶς λέγεις. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.] Int. Σωφρονεῖς, *Sapis, ſanam mentem habes.* vel, *recte dicis* &c. & nihil ad hæc verba adnotatum eſt: Mendi tamen ali-

aliquid latet in v. ἐστρέφης pro quo legendum ἐπεστρέφης, ut habet Comici Scholiastes ad versum 1120 in *Pluto*. significat autem μόλις ἐπεστρέφης, *ægre tandem ad sanam mentem redis*. hoc est ὑποστρέφεσθαι. Simplex vero στρέφεσθαι *versari* hic est ἀπροσδιόνυσον.

Συνοδεία, τὸ μετά τινος συμπεριπατεῖν &c.] Nescio cur V. D. improbet ita Συνοδία, per ι. quod omnes priores Editt. habebant, cum recte sic dicatur, quemadmodum ab ἔξοδος est ἐξοδία: ab εὔοδος, εὐοδία: à δύσοδος, δυσοδία: à μίξοδος, μιξοδία: & passim occurrat συνοδία. ut Lucæ Euang. II. 44. Νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι, ἦλθον ἡμέρας ὁδόν. *Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei*. Nehemiæ VII. 64. Οὗτοι ἐζήτησαν γραφὴν αὐτῶν τῆς συνοδίας. *Plutarch. de Auditione* pag. 48. Ἀντιλαμβανόμενοι γὰρ ἑκάστοτε κεναῖς καὶ περιτταῖς ἐρωτήσεσι τοῦ διδάσκοντος, ὥσπερ ἐν συνοδίᾳ, τὸ ἐνδελεχὲς ἐμποδίζουσι τῆς μαθήσεως: *Nam identidem vanis & supervacaneis interrogationibus magistrum occupantes, veluti in comitatu, impediunt continuationem doctrinæ*. Idem in *Galba* pag. 1062. Καὶ βαδίζοντι τὴν ὁδὸν ἅπασαν ἐφ' ἡμέρας πολλὰς συνοχούμενος διετέλεσεν. ἐν δὲ τῇ συνοδίᾳ καὶ ἡ συνήθεια τὸν Ὀβίννιον ἐξεθεράπευσεν ὁμιλίᾳ καὶ δώροις. Int. *Eadem cum illo lectica toto itinere per multos dies vectus est. In comitatu autem etiam consuetudo ejus conciliavit blando sermone & donis T. Junium*. Glossæ: συνοδία, *Comitatus*.

Σφαραγεῦντο, ἦχον ποιοῦντο. ὄνομα πεποιημένον. ἡ φάρυγξ, ἔνθα ὁ βρόγχος, ἢ τὴν φωνὴν ἀφιέμεθα. καὶ ἀσφάραγος. καθ' ὃ καὶ σφαραγίζω, τὸ ἠχῶ.] Ad quem locum V. Cl. *Est locus*, inquit, *mutilus*, *quem sic supplere poteris*, ὄνομα πεποιημένον ἀπὸ τοῦ σφάραγος, ὅ ἐστιν, ἡ φάρυγξ. Salvo vero judicio Viri doctiss. videre equidem nequeo mutilum esse locum, & aliquo supplemento egere, dummodo recte distinguatur & construatur. Tu sic distingue & construe: Ὄνομα πεποιημένον. Ἡ φάρυγξ, ἔνθα ὁ βρόγχος, ἢ τὴν φωνὴν ἀφιέμεθα, καὶ ἀσφάραγος· καθ' ὃ καὶ σφαραγίζω, τὸ ἠχῶ. h. e. φάρυγξ, *ubi est aspera arteria*, *qua vocem emittimus*, *etiam dicitur* ἀσφάραγος, *unde* σφαραγίζω, *sonum edo*.

Σφαιρωτὴρ, σανδαλίου ζινίκιον.] Notat hic Cl. Interpres, σφαιρωτὴρ etiam aliquoties occurrere apud LXX. in Exodo, sed alio significatu. At notare debuisset ad hæc Suidæ verba locum *Genes*. XIV. 23. ubi, ἕως σφυρωτῆρος τοῦ ὑποδήματος. quo loco *Alexandr*. codex habet σφαιρωτῆρος. & Schol. σφυρωτῆρα explicat τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.

Σχεδιάζειν - - -] Nescio quare in versione prætermissa hæc verba: ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἐσχεδιάσθαι, καὶ διημαρτῆσθαι. forsan quia corrupta videbantur. at facile restitui poterant, si negandi vocula quæ excidit ante διημαρτῆσθαι ponatur. Verte itaque: *à principio ad finem ex tempore recitatum esse*, *& nihil aberratum*.

Τὰς

Τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς ---
Ὥσπερ τι δεινὸν ἀγγελῶν ἐπείγεται.
ἀντὶ τοῦ ἐσκυθρωπακώς.]

Non sic scribi debebat prior versus, quasi esset principium ejus, cujus posterior pars deesset: nam est posterior pars: sc. apud Aristophan. *Acharn.* vers. 1068.

Καὶ μὴν ὁδί τις τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακὼς,
Ὥσπερ τι δεινὸν ἀγγελῶν ἐπείγεται.

ubi Schol. ἐσκυθρωπακώς.

CAP. XLVIII.

Τιθέναι ὅπλα est deponere arma. Τελεῖν est τάττεσθαι. Τῆς pro ταύτης. Mendum unum & alterum ex Suida sublatum. Ejusdem lectio vulgata semel & iterum defenditur.

Τεθεικότες, ἀποβαλόντες. Ἰώσηπ. --- τοὺς πολλὰ τεθεικότες τῶν ὅπλων.] Ad quæ Cl. Kust: *Interpretatio hæc saltem in subjuncto loco Josephi minime convenit.* Atqui non video ego, quare non conveniat. immo contra optime convenit, si modo recte explicetur illud ἀποβαλόντες. significat enim hic *depositis armis*, non vero *qui amiserunt*, uti habetur in versione. illa verbi significatio hic locum nullum habet.

Τέθμια. νόμος. καὶ τέθμια, νόμιμα.] Pro νόμος potius νόμοι legendum censetur in Notis nuperæ editionis. At ego mavelim νόμους, partim quia hoc propius accedit ad vulgatam

lectionem, partim quia Hesychius habet, τέθμια, νόμους. Τέθμια, νόμιμα.

τελεῦντα, πταγμένα] *Perficientia*, *absolventia.* Sic vertitur. *Explicatio hæc*, inquit Vir Cl. πταγμένα, *à significatione vocis* πλεῦντα *omnino aliena est.* Sed mihi nequaquam videtur aliena, imo congruens & apta, si modo pro πλεῦντα scribas πλέοντα, vel πλοῦντα. Jàm πλεῖν optime explicatur τάττεσθαι. significat enim præter alia, *poni in numero*, *collocari in ordine aliquo*, *adnumerari ordini.* quod ipsum est τάττεσθαι. Hesychius similiter, πλοῦντα, τεταγμένον. Phavorin. τελεῖν καὶ τὸ τάττεσθαι, καὶ καταλέγεσθαι. sic τελεῖν εἰς ἄνδρας, εἰς ῥήτορας dicitur pro τάττεσθαι ἐν ἀνδράσιν &c. exempla nota sunt & obvia. Vertendum itaque erat, *collocata*, *adnumerata*.vel l. πταγμένον, *collocatum.*

Τῆς ἀντὶ τοῦ ταύτης· οὐκ ἔστι δὲ ἄρθρον. Ὅμηρος· Μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήσομαι. ἀντὶ τοῦ ταύτης. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ· Εἵνεκα τῆς ἀρετῆς, ἀντὶ τοῦ, ταύτης.] Ad hæc in Notis Novæ Editionis ait Cl. Interpres, observatiunculam hanc infirmo tibicine niti. potius enim se contra Suidam dicere, voculam τῆς in subjunctis locis Homeri esse articulum, non vero ibi pro ταύτης poni. Mihi vero salvo viri doctissimi judicio, secus videtur, & omnino recte hæc Homeri loca ab Suida esse adducta, ad demonstrandum, τῆς poni pro ταύτης: nec enim aliter in utroque loco accipi posse. Prior locus est *Iliad.* ι. vers. 133.

ubi Agamemnon dicit, se inter munera dare etiam velle Achilli

Κούρην Βρισῆος· καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι,
Μήποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι.

Filiam Brisei: & magnum jusjurandum addam,
Me nunquam hujus cubile ascendisse, aut ei mistum fuisse.

perperam apud Suidam vertitur in tertia persona: *nunquam se hujus lectum ascendisse.* Necessario illud τῆς hic referri debet ad κούρην Βρισῆος, & accipi pro ταύτης: pendetque ille genitivus ab εὐνῆς, non vero est articulus pertinens ad εὐνῆς. Recte Scholiastes ibi: Ὀμόσει φησὶ τὸ μηδέποτε αὐτῇ συγκεκοιμῆσθαι. Posterior locus est *Odyss.* β. vers. 206.

Εἵνεκα τῆς ἀρετῆς ἐριδαίνομεν, οὐδὲ μετ' ἄλλας
Ἐρχόμεθ' &c.

Propter hujus virtutem contendimus, neque ad alias
Imus.

Perperam hic rursus Interpres Suidæ vertit *Propter hanc virtutem.*

Τιθραύτης. ὄνομα κύριον.] Lege Τιθραύστης. Ejus mentio est apud Corn. Nepot. *in Datame* cap. 3. *Itaque magnifice Datamen donatum ad exercitum misit, qui tum contrahebatur, Duce Pharnabazo & Tithrauste ad bellum Ægyptium.*

Τιμη-

Τιμησαίμην. Αἰλιανός· Ὃν ἂν ἐγὼ τιμησαίμην πρὸ παντὸς συγγενέσθαι καὶ πᾶσι τυράννοις καὶ τοῖς ἐπὶ μέγα πλούτου προήκουσι. Καὶ αὖθις Αἰλιανός· Τιμησαίμην τὸν βίον πάντα τριημοίρου, εἰ μὴ ἔχοιμι τοὺς ἐμοὺς κηδεμόνας. ἀντὶ τοῦ, ἀλλάξοιμι.] Hic vocem τριημοίρου esse corruptam inquit Vir Cl., & suspicatur legendum τριημέρου, ut sit sensus: *Vitam omnem vix tridui spatio dignam censeam.* Sed infeliciter. Quis enim unquam vile alicujus rei pretium comparavit cum paucitate dierum? Poterat Vir doctus haurire veram lectionem ex Æliano Kühnii aut Perizonii, ubi recte legitur hic locus in Fragmentis. non ibi invenies τριημοίρου nec τριημέρου, sed τριτημορίου. h. e. *triente*. Vide etiam Suidam in v. Τριτημόριον. ubi dicit: Τριτημόριον. τοὺς ἐξ χαλκοῦς εἴρηκε Φιλήμων τοῦ ὀβολοῦ τριτημόριον.

Τό γε αὐτοῦ μέρος. κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν. Αἰλιανός· Τί γὰρ δὴ μαθὼν ἐτόλμησε τό γε δὴ αὐτοῦ μέρος δουλώσασθαι Λυδοὺς Πέρσαις;] In hoc Æliani loco Vir doctus pro μαθὼν legendum conjicit παθών. At sana satis est vox μαθών. Attici enim non tantum τί παθὼν dicunt pro *quare?* sed etiam τί μαθών. Comicus in *Lysistrate*: Σὺ δὲ δὴ τί μαθὼν οὐκ ἀποθνήσκεις; Vide Casaub. ad Athenæum.

Τράγος παρὰ Μεσσηνίοις ὁ ἐρινεός. Ἐδέξατο δὲ Ἀριστομένης χρησμὸν, ὡς ἡνίκα πίῃ ὕδωρ τοῦ Νέδα ποταμοῦ ὁ τράγος, ἁλώσεται ἡ Ἱρὰ τὸ ὄρος.] Miror nihil ad hunc locum notasse Doct. Int. cum men-

mendum sit in voce Ἔδα, pro qua legendum Νέδα, & pro Ἱερὰ potius Ϝίερα. Vide Pausan. *Messen.* p. 327. ex quo sumsisse videtur Suidas. monuit ibi Kühnius.

Τυῤῥηνία - - - ὡς εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς συντελείας μέχρι χιλιάδας δώδεκα.] Non est mutandum χιλιάδας in χιλιάδων, ut voluit Vir Doct. nam per figuram Anastrophen μέχρι postponitur suo casui, diciturque τῆς συντελείας μέχρι pro μέχρι τῆς συντελείας, hoc sensu: *ut omne tempus usque ad consummationem sit annorum duodecim millium.*

CAP. XLIX.

Loca quædam Suidæ in litera Υ *aut emendantur aut illustrantur.*

Υβριστότερος. Ξενοφῶν· Οἱ ἀμελεῖσθαι δοκοῦντες στρατιῶται, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, πολὺ ἀτιμότεροι γίνονται· οἱ δὲ πονηροὶ, πολὺ ὑβριστότεροι.] Locus Xenophontis est in Κύρ. παιδ. l. v. p. 137. ubi sic legitur: Ἀμελεῖσθαι δὲ δοκοῦντες οἱ στρατιῶται, οἱ μὲν ἀγαθοὶ πολὺ ἂν ἀθυμότεροι γίγνοιντο, οἱ δὲ πονηροὶ πολὺ ὑβριστότεροι.

Υπὲρ πλέον, καὶ ὁ Ἀπόστολος ἀντὶ τοῦ, πλέον ἐγώ.] Locum hunc esse mutilum vidit quidem Vir Cl. sed nihil restituit. Emendavimus hunc locum in *Exercitationibus* ad N. T. Respexit sc. Suidas ad D. Pauli locum in 2. Epist. ad *Corinth.* cap. XI. vers. 23. Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι; (παραφρο-

ϱαφρονῶν λαλῶ) ὑπὲρ ἐγώ. ad quem locum diximus, hic apud Suidam legendum, Υ῾πὲρ, πλέον. καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὑπὲρ ἐγὼ, ἀντὶ τοῦ πλέον ἐγώ.

Υ῾πέπισα, ἐπότισα.] Sc. πιεῖν antiquum verbum *irrigare* notat. unde Hesych. πίσαι, ποτίσαι. Pindar. *Isthm.* ς΄.

- - - - Πίσω σφε Δίρκας
Ἁγνὸν ὕδωρ.

Potabo eam Dirces
Limpida aqua.

ubi Græc. Interpr. ποτιῶ φησὶν αὐτοὺς τὸ ἀπὸ τῆς Δίρκης ὕδωρ. & paullo post, πίσαι δὲ τὸ ποτίσαι. καὶ τὰς ποτίστρας γὰρ, πίσας ἔλεγον.

Υ῾πῆγεν. ἀντὶ τοῦ ὑπετίθετο. Ξενοφῶν· Ο῾ γὰρ Κλέαρχος ταῦθ᾽ ὑπῆγε, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα πρεσβεύειν συμβουλεῦσαι μὴ παραδοῦναι τὰ ὅπλα.] Vertuntur hæc: *Clearchus autem hæc suggerebat, quod vellet Regem quoque suis suadere per legatos, ne arma traderent.* Non mirum est pravam factam esse versionem ex Græcis depravatis, quæ sic legi debent: Ο῾ γὰρ Κλέαρχος ταῦτα ὑπήγετο, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν παρὰ βασιλέως πρεσβεύοντα συμβουλεῦσαι μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα, & verti: *Clearchus autem hæc subjiciebat, quia volebat, ut etiam ipse regis legatus suaderet illis, ne arma traderent.* Hoc modo reperiuntur verba illa apud Xenophontem *de Expedit. Cyri* lib. II. pag. 274.

Υ῾πένδυθι, καλύπτου καὶ ὑπέρεχε ἄνωθεν &c.] Ad hanc pericopam Cl. Kuster: tres illas voces,

ces, καὶ ὑπέρεχε ἄνωθεν, ut supervacaneas delendas censet. Mihi secus videtur. Non quidem pertinent ad interpretationem vocis Ὑπόδυθι, quod putasse videtur vir doctus; sed voluit Suidas hic docere, uti ὑποδυῶαι dici de eo qui *obtegitur umbella*, ita ὑπερέχειν ἄνω de eo qui *aliquem tegit umbella*, eam tenens supra caput ipsius: & respexit ad duo Comici loca quæ habentur pag. 610. in *Avib.* ubi Prometheus:

Τουτὶ λαβών μου τὸ σκιάδειον ὑπέρεχε
Ἄνωθεν, ὡς ἂν μή μ' ὁρῶσιν οἱ θεοί.

ad quæ Peistheterus:

Ἰοὺ ἰού.
Εὖ γ' ἐπενόησας αὐτὸ καὶ προμηθικῶς
Ὑπόδυθι ταχὺ δή.

Ὑπέχειν, ὑπολαβεῖν, ἀπαιτηθῆναι &c.] Quomodo interpretatio ἀπαιτηθῆναι voci ὑπέχειν conveniat, non videre se ait Vir Cl. Sed ea non longe petenda est, si advertas ad phrasin λόγον ὑπέχειν, cujus duo exempla hic subjunxit Suidas, ut: τῷ δήμῳ λόγον ὑπέχειν, & ὑπέχοντα λόγον τῆς ἀρχῆς. Ὑπέχειν autem λόγον dicitur qui rationes reddere tenetur, à quo rationes exiguntur. Viden', non male huic voci convenire τὸ ἀπαιτηθῆναι? hoc enim dicitur de eo à quo quid exigitur.

CAP. L.

Suidæ lectio suspecta nova distinctione juvatur. Quid Φρενήρης. Σύνθωκος æque ac Σύνθακος est in usu. Φυταλίζειν non male per πλησιάζειν exponitur.

Φαρμακεῖς. τοὺς οἰνοχόους. Τούσδε ἡγησάμενοι Φαρμακεῖς, καὶ πιστεύσαντες τεθνάναι τοὺς καθεύδοντας, τοὺς Αἰτωλοὺς ἀπέκτειναν. † Φαρμακεῦσί τε πατρῴοις πολλὰ ὡμιληκυῖα.] *Interpretatio mira*, inquit Kusterus, *& prorsus insolens: ad quam confirmandam nihil faciunt exempla subjuncta.* Equidem lubens concedo miram esse hanc interpretationem, qua vox Φαρμακεῖς exponitur per οἰνοχόους. Nec ullus Lexicographorum aut Interpretum unquam ita vocem est interpretatus, nec etiam, crede mihi, Suidas noster. Sed locus hic prava laborat distinctione: Suidas sc. simpliciter posuit vocem Φαρμακεῖς, quæ *veneficos* significat, & dein duo loca adduxit, in quibus occurrit ea vox. Non est τοὺς οἰνοχόους interpretatio vocabuli Φαρμακεῖς; sed pertinet ad fragmentum quod subjungitur. Tolle itaque distinctionem post οἰνοχόους, & sic lege: Φαρμακεῖς. Τοὺς οἰνοχόους τούσδε ἡγησάμενοι Φαρμακεῖς &c. i. e. *Pincernas hosce cum existimassent esse veneficos* &c. Sic vides nullam esse difficultatem.

Φιλομαθής. ὁ ἔμπειρος. Ξενοφῶν· Δεῖ δὴ Φιλομαθῆ τοῦτον πάντων ὄντα, οὐχ οἷς ἂν μάθοις τούτοις

μόνοις χρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν εἶναι τῶν περὶ τὰς πολεμίας μηχανημάτων.] Vertitur: *Oportet hunc omnia discendi cupidum esse, nec iis solis uti quæ didicerit; sed ipsum etiam machinas adversus hostes comminisci.* Sed in verbis Græcis primum, dein in versione quædam sunt emendanda. sc. pro δὴ legendum est δὲ, & post φιλομαθῆ omissum est σε, pro τούτων leg. τούτων. Denique ante ποιητὴν omissum est αὐτόν. Vertas autem verba Latine hoc modo: *Oportet autem te horum omnium peritum, non quæcunque didiceris his solis uti, sed etiam ipsum te excogitare* (oportet) *molitiones adversus hostes.* Sunt verba Cambysis ad Cyrum apud Xenoph. Κύρ. Παιδ. lib. 1. sub finem, pag. sc. 35. edit. Francof. ubi ita leguntur: Δεῖ δὲ, ἔφη, ὦ παῖ, φιλομαθῆ σε τούτων πάντων ὄντα, οὐχ οἷς ἂν μάθοις, τούτοις μόνοις χρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ποιητὴν εἶναι τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους μηχανημάτων.

Φρενήρης, φρόνιμος, ἢ περίφρων.] Hanc interpretationem merito suspectam habere Henr. Stephanum in Thesauro L. Gr. ait doctissimus Interpres ad hunc locum. Sed diversa significatione adhiberi vocem, docet etiam Phavorinus, Φρενήρη inquit, ἀντὶ τοῦ σώφρονα λέγουσιν Ἴωνες. λαμβάνουσι δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἐναντίου. Si quis tamen suspectam habeat cum viris doctis vocem περίφρων apud Suidam, quia exempla subjecta eam interpretationem nihil juvant, levi mutatione legat, περίφρων, quod idem est cum φρόνιμος.

νιμος: nam præpoſitiones παρὰ & περὶ ſæpe à librariis ex ſcribendi compendio corruptæ ſunt, & altera pro altera ſcripta.

Φρύνιχος --- Τραγῳδίαι δὲ αὐτοῦ εἰσιν ἐννέα αὗται Πλευρωνία, Αἰγύπτιοι, Ἀκταίων, Ἄλκηστις, Ἀνταῖος ἢ Λίβυες, Δίκαιοι, Πέρσαι, Συνθῶκοι, Δαναΐδες.] Pro Συνθῶκοι hic legit Vir doctus Συνθᾶκοι, à σὺν & θᾶκος *ſedes*. Neſcio ſane quo fine hanc adhibeat emendationem, quum συνθῶκος æque Græcum ſit ac συνθᾶκος, ut enim dixere θῶκος & θᾶκος, *ſedem*, ita *conſeſſum* vocarunt συνθῶκος & συνθᾶκος. Thom. Mag. Θᾶκος Ἀττικὸν, θρόνος Ἑλληνικόν. θῶκος δὲ ποιητικόν. Pollux lib. IX. cap. 5. --- κρῆναι, περιεξέδραι, θῶκοι· καὶ ὡς Σώφρων φησὶ, συνθῶκοι. Maneat itaque Συνθῶκοι.

Φυταλίζει, φυτεύει, πλησιάζει.] *Suſpecta eſt*, inquit doct. interpres, *interpretatio* πλησιάζει, *quamvis ſic etiam habeat Etymologus*. Sed non ſolum Etymologus, verum etiam Heſychius, Φυταλίζειν, φυτεύειν, πλησιάζειν. Nec crediderim vitioſum eſſe illud πλησιάζειν. Non male Φυταλίζει ita videtur interpretari Suidas, dummodo recte intelligatur. nimirum non accipiendum in genere pro *appropinquare*, ſed in ſpecie pro *concumbere cum uxore* & *liberis operam dare*, hoc ſignificat & φυτεύειν improprie, & πλησιάζειν.

CAP.

CAP. LI.

Χρηστήριον. Χοιροκομεῖον. Ψέλιον. Ψωλὸν γενέσθαι μέχρι μυῤῥίνης, *proverbium.*

Χρηστήριον. τὸ μάντευμα. ἤτοι ὁ χρησμός. τὸ χωρίον τὸ ἱερεῖον. τὸ μαντεῖον δὲ διχῶς.] Pro τὸ ἱερεῖον putavit Vir doct. hic legendum τὸ ἱερόν. Ego vero retinere maluerim τὸ ἱερεῖον quia ſic Sophoclis Scholiaſtes ad *Ajacem Flag.* verſ. 220.

Κείνου χρηστήρια τ' ἀνδρός.

ubi Schol. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις καὶ τὸ μαντεῖον, καὶ τὸν χρησμὸν, καὶ τὸ ἱερεῖον. & Moſchopulus περὶ σχεδῶν pag. 8. χρηστήριον τὸ ἐκ θεῶν μαντεῖον καὶ ὁ χρησμὸς, καὶ τὸ ἱερεῖον, ὅθεν καὶ τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ, Ἐκείνου (lege Κείνου) χρηστήρια τ' ἀνδρὸς, ἤγουν σφάγια. Ammonius de *Different.* Ἱερεῖον καὶ χρηστήριον διαφέρει· ἱερεῖον μὲν γάρ ἐστι κοινῶς τὸ σφαζόμενον πρὸς θυσίαν ἅπασαν· χρηστήριον δὲ, τὸ ἱερὸν ᾧ χρῶνται χρηστηριαζόμενοι. Ἡρόδοτος· καθάπερ ἔτι καὶ νῦν, ὅταν χρηστήρια θύουσιν ἐν τῷ ἱερῷ.

Χοιροκομεῖον - - - ὁ πάτταλος ἐν ᾧ δεσμεύοντες τοὺς χοίρους ἔτρεφον &c.] Pro πάτταλος in Notis novæ Editionis ſcribendum putatur πάλαρος. *quomodo enim*, inquit ibi interpres, *in paxillo porcellos nutrias?* At hoc non dicit Suidas, quod in paxillo porcellos nutriebant, ſed paxillo alligabant porcellos, & ſic nutriebant. Schol. Ariſtoph. in *Lyſiſtrat.* etiam exponit hanc vocem

cem per κλοιὸν ἢ πάσσαλον. nihil igitur muta.

Ψελίῳ. περιοχῇ. ὁ Κύριος ἐν Ἰὼβ περὶ τοῦ δράκοντος, τουτέστι, τοῦ Διαβόλου. ψελίῳ δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ. Τὸ ψέλλιον, κόσμος τῆς χειρός· καὶ Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ προνοίας· Παρ' οὐδὲν θέμενος τὴν τοῦ ἱεροῦ γράμματος συμβουλὴν, ὅπερ οὖν οἷα δήπου ψέλιον τῷ βασιλεῖ τῶν Αἰγυπτίων ἐκ τοῦ νόμου προσήρτητο, ἀναστέλλων τῶν ἀδικημάτων.] Locus Jobi quem hic respexit Suidas est cap. XL. vers. 21. Ἢ δήσεις κρίκον ἐν τῷ μυκτῆρι αὐτοῦ, ψελλίῳ δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ. ibi Codex Alexandr. habet etiam ψελίῳ, uti Suidas. Ceterum quod τοῦ δράκοντος hic explicetur per τοῦ Διαβόλου, de eo vide quod adnotavimus ad vocem Λευιαθάν. Porro in loco Æliani *de Providentia*, quem allegat Suidas, ubi ψέλιον vel ψέλλιον sumitur pro *armilla*, nullam video rationem, quare pro τὴν τοῦ ἱεροῦ γράμματος συμβουλὴν legendum sit τὸ τοῦ ἱεροῦ γράμματος σύμβολον, cum sensus vulgatæ lectionis satis constet, sc *pronihilo habens consilium sacri scripti.* ὅπερ autem quod sequitur, referri debet ad ἱεροῦ γράμματος.

Ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυῤῥίνου. ἡ παροιμία παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ἱππεῦσιν. ἐλέχθη δὲ ἐπὶ τῶν μέχρι πολλοῦ διεσκυλμένων &c.] Reprehendit hic Suidam vir Cl. in Notis dicens, male eum inter Proverbia locum hunc retulisse. Sed forsan non animadvertit vir doctus, quibus in verbis situm sit proverbium. haud dubie est in illis,

illis, μέχρι τοῦ μυῤῥίνου, quod dicitur proverbialiter pro μέχρι τῆς κεφαλῆς, *usque ad caput*, i. e. plane, prorsus: quia magistratus apud Athenienses caput coronabant μυῤῥίνῃ i. e. *myrto*. Vid. Schol. Aristophanis ad *Equites* pag. 345. & ex eo Suidam sub fin. pag., qui habent μέχρι τοῦ μυῤῥίνου, ἀντὶ τοῦ, μέχρι τῆς κεφαλῆς· ἐπειδὴ οἱ ἄρχοντες μυῤῥίνῃ ἐστεφανοῦντο. Habet & Erasmus hoc Proverbium, qui Latine expressit, *Herniosus usque ad gulam*. Debuit potius: *curtus usque ad caput*. ut aliis jam observatum.

Ψύλλα, καὶ ψύλλαι, θηλυκῶς. παρὰ δὲ Ἡροδότῳ ψύλλοι, ἔθνος Λιβύης. καὶ τὸ ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ Μενάνδρου κύριον ὄνομα, ὅτι δὲ τὸ ζῶον τὸ μικρὸν ἀῤῥενικῶς Ἐπίχαρμος εἶπε, καὶ ἕτεροι. Ἀριστοφάνης·

Ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης,
Ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας.

Ἱστόρηται δὲ, ὡς ἡ ψύλλα ἓξ πόδας ἔχει.] Nescio sane, quare in versione hæc postrema, Ἱστόρηται δὲ, ὡς ἡ ψύλλα ἓξ πόδας ἔχει, præterierit doctissimus Interpres. Sunt autem desumta ex Scholiis Aristophanis in *Nub.* ubi pag. 132. paullo post verba Comici à Suida citata dicitur à Discipulo:

Κηρὸν διατήξας, εἶτα τὴν ψύλλαν λαβὼν
Ἐνέβαψεν εἰς τὸν κηρὸν αὐτῆς τὼ πόδε.

i. e. *Ceram liquefecit, & dein pulicem sumsit, & intinxit ceræ duos ejus pedes.* ad quem locum vetus Enarrator: δυϊκὸν τὼ πόδε, ἐπὶ τῆς ψύλλης κακῶς, λέγεται γὰρ ἓξ ἔχειν πόδας.

FINIS.

INDEX
VERBORUM & PHRASIUM
Quæ in hoc Opuſculo explicantur aut illuſtrantur.

A.

'Απρὶξ

Καιρὸς

Πό-

FINIS.

LAMBERTI BOS
ANIMADVERSIONUM
AD
Scriptores quoſdam Latinos
SPECIMEN.

CAP. I.

Livii quædam loca illustrantur aut emendantur.

APud Livium lib. I. cap. XXI. legitur hæc sententia: *Ipsi se homines in regis velut unici exempli mores formant.*] Hanc sententiam inferius aliis verbis exprimit idem, sc. *Multitudo semper fere regenti est similis.* vide lib. v. cap. XXVIII. Cicero lib. I. *Famil.* ep. IX. dixit: *Quales in republica principes sunt, tales reliqui solent esse cives.* Xenophon Κύρ. Π. VIII. p. 239. Ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. Isocrat. *ad Nicoclem*: Τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι. Dionys. Halic. lib. v. p. 331. in Appii Claudii Orat. Ὁποῖα ἄττα ἢ τὰ κοινὰ τῶν πόλεων ἐπιτηδεύματα, τοιούτους γίνεσθαι τοὺς τῶν ἰδιωτῶν βίους. Herodian. lib. I. cap. 3. Φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν. Apud Laërtium lib. VII. Segm. 7. Antigonus in epistola ad Zenonem: Οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους.

Lib. II. cap. LIII. *Certamina domi finita. Veiens bellum exortum.*] Hic vir summus J. F. Gronovius legendum censet, *Certamine domi finito, Veiens bellum exortum.* Fateor facilem esse emendationem & commodam structuram,

ſi ita legas. Nihil tamen ego video cauſſæ, quo minus ſtare queat lectio vulgata: Equidem eam ſervaverim, partim quia Livius amat ellipſin verbi *ſunt* in hujuſmodi participiis, ut cap. XVIII. hujus libri: *Bellum indictum. tacitæ induciæ quietum annum tenuere*: partim, quia ſeditiones & inteſtinos motus plurativa *certaminum* voce deſignare ſolet. ſic cap. LVI. hujus libri, *res certaminibus in annum extrahitur.* lib. III. c. LXVII. *Patrum ac plebis certamina.* lib. IV. cap. LII. *Peſtilentia coorta, minacior tamen quam pernicioſior, cogitationes hominum a foro certaminibuſque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum avertit, minuſque eam damnoſam fuiſſe quam ſeditio futura fuerit, credunt.* lib. V. cap. XVI. *Ad hoc Vejenti quoque & Faliſco & Capenati bello occupatos videbant Romanos, nec intra muros quietiora negotia eſſe certaminibus Patrum ac plebis.* ejuſdem lib. cap. LI. *Adeo mihi acerbæ ſunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec triſtiſſimi exilii ſolatium aliud habuerim, quoad Ardeæ vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram.*

Lib. III. cap. XXXVIII. *Deploratur in perpetuum libertas; nec vindex quiſquam exiſtit aut futurus videtur, nec ipſi ſolum deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis: imperiumque ibi eſſe, ubi non eſſet libertas, indignabantur.*] Ad poſtrema

hujus

hujus periodi verba idem vir eruditiſſimus modo laudatus: „Viciniſ, inquit, potius populis adſcriberem hanc indignationem, quam „plebi Romanæ, jam humili & animos deſpondenti, legeremque: *contemni cœpti erant a finitimis populis, imperium ibi eſſe, „ubi non eſſet libertas, indignantibus.* Emendatio hæc haud dubie ſenſum Auctoris meliorem efficit; ſed a veſtigiis Scripturæ veteris paullo remotior eſt. deletur enim vocula *que*, & pro *indignabantur* ponitur *indignantibus*. Quare ego minore mutatione, ut idem maneat ſenſus, legerim: *contemni cœpti erant a finitimis populis, imperium qui ibi eſſe, ubi non eſſet libertas, indignabantur.* Vides hic tantummodo *que* mutari in *qui*. Exemplo etiam non caret relativum ſecundo poſitum loco. Terent: *Adelph.* Act. I. Sc. I.

Et errat longe, mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.

Frequentiſſime ita apud Comicos alioſque poëtas. Sed neque proſæ ſcriptoribus inſolens. ipſe Livius lib. I. cap. I. *Et ſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit, nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me conſoler.*

Lib. IV. cap. XXXV. *Ut quidem aliquis tribu-*

nus plebis ruat cæcus in certamina periculo ingenti, fructu nullo &c.] Sic omnes quas videre licuit editiones habent *ut quidem.* Verum si ita legatur, commodus mihi quidem non videtur sensus. Scribendum itaque censeo *ut quid*, vel potius, *ut quid enim.* significat autem *ut quid*, quem in finem? Est Græcismus. Græci enim dicunt ἵνα τί. quod non tantum LXX Interpretibus & Novi Fœderis scriptoribus frequens est, sed etiam aliis antiquis. Tria ex Aristophane Comico exscripsi loca in Exercitationibus ad N. T. in quibus ἵνα τί ita occurrit. Glossæ veteres: ἵνα τί; *ut quid?* Habet etiam Tullius lib. VII. *ad Atticum* ep. 7. *Depugna, inquit, potius quam servias, ut quid? si victus eris, proscribare: si viceris, tamen servias.*

Livius lib. XXI. cap. XXXIII. *Equi maxime infestum agmen faciebant, qui & clamoribus dissonis, quos memoria etiam repercussæque valles augebant, territi trepidabant.*] Offendebat me quum primo hunc locum legebam vox *memoria*, pro qua legendum conjiciebam *nemora.* sed dein comperi esse vitium typotheticum, & in libri calce inter errata notatum, monitumque legendum *nemora.* Sic etiam veteres habent editiones. Ceterum ex aliis scriptoribus quædam subjungam quæ hunc locum illustrare possunt. Arrian. lib. VI. *Exped. Alex.* cap. XIII, Ὡς δὲ ἐπιβὰς τοῦ ἵππου ὤφθη, αὖθις

κρότῳ

χρότῳ δὴ πολλῷ ἐπεκτύπησεν ἡ στρατιὰ πᾶσα· ἐπήχησαν ἥ αἵ τε ὄχθαι, καὶ αἱ πλησίον αὐλῶν νάπαι. *Ut autem inscendisse equum visum est, ab universo rursum exercitu applausum est, ripis ac nemoribus vicinis clamore resonantibus.* Curtius lib. III. cap. X. *Redditur & à Macedonibus major* (clamor), *exercitus impar numero, sed jugis montium vastisque saltibus repercussus: quippe semper circumjecta nemora petræque, quantamcunque accepere vocem, multiplicato sono referunt.* Idem lib. IV. cap. XII. *Et Macedones, sive alacritate, sive tædio exspectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem, redditus & à Persis, nemora vallesque circumjectas terribili sono impleverat.* Quo loco *nemora* & *valles* junguntur, ut hic apud Livium.

Lib. XXXIII. cap. XXXIV. *Nihil jam perplexe, ut ante, quum dubiæ res incolumi Philippo erant, sed aperte pronunciatum, ut excederet Asiæ urbibus quæ aut Philippi aut Ptolemæi regum fuissent, abstineret liberas omnesque Græcas.*] Obscuritatem ait Glareanus his verbis inesse: & ὁ πάνυ Gronovius vitium inesse putat, ac restituendum; *pronunciatum, ut excederet Asiæ urbibus, quæ aut Philippi aut Ptolemæi regum fuissent: sineret liberas omnes esse Græcas?* Equidem viro Eruditissimo omnino adsentior judicanti corruptum esse locum; sed cogitavi num forte leviore mutatione possit resti-

restitui, quam pro *abstineret* legendo *sineret*, & pro *omnesque*, *omnes esse*. Si nimirum legas *has sineret*, hoc propius paullo accedit ad vulgatam *abstineret*, & sic stare potest *omnesque*, nec opus mutare in *omnes esse*, hoc modo: *has sineret liberas omnesque Græcas*. id est, has Asiæ urbes, quæ sc. Philippi aut Ptolemæi fuissent, & præter eas omnes Græcas. *Sinere urbes liberas* Græci dicunt ἐᾷν πόλεις αὐτονόμους. ita Diodorus Sic. lib. xv. pag. 484. ἁπάσας τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις ἐᾷν αὐτονόμους. Idem passim distinguit inter τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδας πόλεις, & inter τοὺς ἄλλους Ἕλληνας.

Eodem libro cap. XLVIII. *Sacrificio apparari jusso, magistros navium mercatoresque invitari jussit: & vela cum antennis & navibus corrogari, ut umbra (etenim media æstas forte erat) cœnantibus in littore fieret.*] Ad illa verba, *vela cum antennis & navibus corrogari*, adnotavit vir celeb. desperatum hoc esse, cogitasse tamen se; *& malis collocari.---* nisi tamen (addit idem) hujusmodi aliquid desit: *& vela cum antennis & malis remisque prompta e navibus collocari*. Verum ad hunc usum, ad umbram sc. faciendam in littore non videntur mihi quidem malis opus fuisse, nedum remis. sufficiebant vela cum antennis. opus erat antennis, ut vela ad eas panderentur & tenderentur. putem itaque scripsisse Livium, *& vela cum antennis ex navibus corrogari*. hoc sensu:

ſu: juſſit vela cum antennis corrogari, i.e. colligi, ex navibus. Levis eſt hæc mutatio pro *&* poſito *ex*.

Lib. XIX. cap. XIX.--- *S. C. factum eſt, ut ſingulis his centena millia æris quæſtores urbani ex ærario darent.*] Scribere hic jubet vir erudiriſſimus J. F. Gronovius: *uti ſingula his centena millia æris quæſtores urbani ex ærario darent*. Et ſic loquutos eſſe ait Romanos, ſubjungitque exempla ex Tacito & Svetonio. In hac emendatione, fateor, ſcrupuli aliquid mihi eſt, & dubito an ſic loquuti fuerint Romani. Probe novi dixiſſe eos, *ſingula millia nummum dare militibus: ſingula millia æris*, & quæ ſunt ſimilia; ſed *ſingula bina millia*, *ſingula dena millia*, *ſingula centena millia*, nuſquam legi, & vellem virum Cl. ſimile attuliſſe exemplum, quo duo numeralia diſtributiva eodem caſu ponuntur, & ambo referuntur ad *nummos* vel *æs*, vel aliud quid, quod diſtributum dicitur. nullum enim ex allegatis Taciti & Svetonii exemplis eſt ſimile huic Livii. Quando autem adjectivum numeri diſtributivi additur ſubſtantivo, ſolet τὸ *ſinguli* ad *perſonas* referri. Cicero *ad Attic. Sane commode Pompejus diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum.* Quare vulgatam lectionem ego potius ſervaverim.

Lib. XL. cap. XXVI. *Conſules, niſi confecto delectu negare ſe ituros, nec ſuam ſegnitiem, ſed vim morbi in cauſa eſſe, quo ſerius proficiſcerentur.*] Pro *quo ſerius* legere jubet V. Cl.

 quod

quod serius. Non tamen, salvo illius Viri judicio, video causam, cur stare non possit lectio recepta, quam omnes agnoscunt codices, *quo* enim sæpe eleganter ponitur pro *quod.* Terent. *Eun.* Act. I. Sc. 2. *Non quo quemquam plus amem.* Cicero aliique passim ita loquuntur, præsertim quando sequitur *comparativus*, ut *quo minus.* ita hic, *quo serius.*

Lib. XLII. cap. XV. *Primo à mari circumfusa turba amicorum ac satellitum procedebat: deinde extenuabant paulatim angustiæ agmen.*] Pro *primo a mari*, non legerem hic cum viro celeb. *primo agmine.* nam venerunt à Cirra, maritimo loco, ut est in præcedentibus. ideo dicit *à mari.* Sequitur etiam *deinde*, quæ vox respondet τῷ *primo* adverbialiter posito.

Eodem libro cap. XXVI. *Quæsitum, ecquid ita non adissent magistratum, ut ex instituto loca, lautia acciperent.*] Legendum arbitratur doctissimus Turnebus, *loca & lautia*, i. e. hospitium & munera. Recte interpretatur vir doctus; sed non putem ego scripsisse Livium *loca & lautia.* Solet enim ille absque copula hæc efferre. sic lib. XLIV. cap. XVI. *Ea introductus in curiam quum memorasset, senatus in formulam sociorum eum referri jussit: locum, lautia præberi.* Rursus lib. XLV. cap. XX. *Postquam consulti ab M. Junio consule Patres, stantibus in comitio legatis, an locum, lautia, senatumque darent, nullum hospitale jus in iis servandum censuerunt.* Lib.

Lib. XLIII. cap. VI. ---- *& si pax cum Perseo fieret, exciperentur, ne in regiam potestatem reciperentur.*] Postremum illud *reciperentur* mendosum esse ait vir summus, & pro eo mallet; *reciderent*. Ego malim *redigerentur*: quod & propius ad vulgatam scripturam accedit, & Livio familiare est. sic cap. XI. hujus libri: *tot urbibus in potestatem regis redactis.* in epitome lib. I. *Gabios in potestatem suam redigit.* Curt. lib. V. cap. VI. *vicisque compluribus redactis in potestatem.*

CAP. II.

J. Cæsar in Commentar. de Bello Gall. aliquoties illustratur: semel aut bis à suspicione mendi liberatur.

LIb. I. cap. 14. Cæsar in responsione sua ad Diviconem principem legationis Helvetiorum; *Quod si*, inquit, *veteris contumeliæ oblivisci vellet; num etiam recentium injuriarum, quod, eo invito, iter per provinciam per vim tentassent, quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posset?*] Præfert hic Brantius alteram lectionem, quæ habet *memoria* in auferendi casu, ac venustius sic dici putat. Amplecterer hanc lectionem, si præcessisset, *recentes injurias.* recte enim diceretur *injurias memoria deponere*, pro *ex memoria*, ut plene Cicero *Orat. pro Sulla* cap. VI. *ut etiam ex memoria, quas*

mihi ipsi fecerat insidias deponerem. Sed quoniam hic habetur *præsentium injuriarum*, qui gignendi casus necessario pendet a voce *memoriam*, omnino præfero lectionem receptam, eamque veram esse nullus dubito. Sic Cicero *Orat. pro M. Cælio* cap. xx. *Obliviscor jam injurias, Clodia, depono memoriam doloris mei.* Addit idem Vir doctus, eodem modo hic dici *memoria deponere*, ut superius in hoc cap. *memoria tenere.* Sed monendum ibi addi accusativum, *quod eas res -- memoria teneret.* recte enim dicitur *memoria tenere aliquid.* non tamen minus recte, *memoriam tenere* vel *retinere alicujus rei*, ut l. II. de B. G. c. XXI. *memoriam retinere pristinæ virtutis* &c. Quod autem quidam codices hic habent *memoria*, ortum crediderim ex scripturæ compendio, sic enim in MStis scribi solet *memoriā.*

Cap. XL. *Cui rationi contra homines barbaros atque imperitos locus fuisset.*] *Barbarum & imperitum* passim jungere solent Latini, ut ἀνόητον vel ἀπαίδευτον & βάρβαρον Græci. Sic Cæsar inferius cap. XLIV. *Non se tam barbarum, neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret* &c. & lib. VI. c. X. *sperans barbaros atque imperitos homines, inopia cibariorum* &c. Dionys. Halic. l. V. p. 280. --- ἀνοήτους καὶ βαρβάρους, quos opponit φρονίμοις. Plutarch. in *Cæsare* p. 708. καὶ τοὺς μὴ θαυμάζοντας ἄντικρυς ἀπαιδεύτους καὶ βαρβάρους ἀπεκάλει. & Divus Paulus

lus ad *Rom.* I. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις.

Cap. XLVII. *Biduo post Ariovistus legatos ad Cæsarem mittit, velle se de his rebus, quæ inter eos agi cœptæ, neque perfectæ essent, agere cum eo.*] Nota non dixisse Cæsarem, *quæ inter eos agi cœpissent*, sed *agi cœptæ essent*. Ita solent fere optimæ Latinitatis auctores Livius, Cicero, Cæsar aliique loqui, *cœptum est*, quando additur *passivæ* formæ infinitivus: *cœpit* vero, quando *activæ*. Livius l. I. 57. *obsidione munitionibusque cœpti premi hostes.* & III. 38. *sed contemni cœpti erant a finitimis.* eodem lib. cap. 70. *In media primum acie vinci cœpti.* mox: *Sinistrum deinde cornu ab Quintio consule pelli cœptum.* XXI. 8. *vineæ cœptæ agi.* iterum eodem cap. *oppidani distineri cœpti sunt.* Cæsar l. II. B. G. c. VI. *lapides jaci cœpti sunt.* lib. IV. cap. 18. *diebus* X., *quibus materia cœpta erat comportari.* ibid. *in quo pons institui cœptus est.* Hirt. *B. Afr. pulvis ingens conspici cœptus est.*

Cap. LII. Auctor describens prælium Romanorum cum Germanis, *Ipse*, inquit, *à dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, prælium commisit.*] Emendat hic D. Vossius locum, & pro *minime* legit *maxime*, vel si id minus placet, inquit, dele vocem *hostium*. Ita Vir Doctissimus ex ingenio hanc emendationem instituit,

quum omnes codd. habeant, *eam partem minime firmam hostium* &c. etiam Græcus Interpres: τοῦτο τὸ μέρος τῶν πολεμίων ἀσθενέστερον εἶναι κατιδών. Suspectus Viro Doctissimo hic locus fuit præter alia, quia repugnare mox ipsum Cæsarem putat, quippe ait, *Germani a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant.* Quomodo, inquit, infirmiore exercitus sui parte Romanos maxime premebant? Verum non repugnare ipse Cæsar mihi quidem videtur, uti suspicatur Vossius, cum dicit, *Germani à dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant.* Omnia sunt plana & facilia, si modo recte attendas: *Dextrum cornu* Germanorum erat firmior pars exercitus eorum, quare ab ea parte multitudine sua potuere premere aciem Romanorum. Sinistrum vero cornu Germanorum erat infirmior eorum pars, quod Cæsar dicit, *eam partem minime firmam esse hostium.* hæc enim verba non de *dextro* Germanorum cornu, sed de *sinistro* intelligenda, quod oppositum erat dextro cornu Romanorum.

Lib. II. cap. XI. --- *fecerunt ut consimilis fugæ profectio videretur.*] Sic passim loquuntur de discessu inordinato, qui fit ἄνευ κόσμου. Cæsar l. v. B. G. c. XLVII. *Si ex hibernis fugæ similem profectionem fecisset.* Ejusdem libri c. LIII. *adeo ut fugæ similis discessus videretur.* l. VI. c. VII. *His rebus fugæ similem profectionem*

nem exhibet. l. VII. c. XLIII. *ne profectio nata a timore, similis fugæ videretur.* Liv. lib. XXII. 32. *ut nisi tum fugæ speciem abeundo timuisset.* Idem lib. XXVII. c. 48. *Et jam omisso itinere, quod fugæ simile erat.* Idem XXVIII. III. *Pœnus ---- signis repente sublatis, fugæ magis quam itineris modo penitus ad Oceanum & Gadeis ducit.* Cicero *Famil.* l. X. Epist. XXIII. *ut & celeriter me reciperem, & hic discessus nihil fugæ simile haberet.*

CAP. III.

Locutiones quædam apud Cæsarem illustrantur: adjici telum: ut *pro* ita ut: Rumores *atque* auditiones *eleganter junguntur.* Dimittere nuncios. Desistere aliqua re.

LIb. II. Cap. XXI. ---- *quo telum adjici posset:*] *Adjici* proprium in hac re verbum est. dicitur de telo quod emissum pertingit aliquem locum. Sic lib. III. B. G. c. XIII. *neque facile telum adjiciebatur.* & c. XIV. *ut neque ex inferiore loco satis commode tela adjici possent.* & l. IV. c. 23. *uti ex locis superioribus in littus telum adjici posset. Bell. Civ.* II. 34. *Priusquam telum adjici posset.* Hirtius *B. Afr.* c. LVI. *eo usque ut telum ex oppido adjici non posset.*

Lib. II. c. XXVIII. *Ut ab injuria & maleficio se suosque prohiberent.*] Hæc duo *injuriam* & *maleficium* sæpe conjungit Cæsar. Sic lib. I.

cap.

cap. VII. *Neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria & maleficio existimabat.* Ejusdem libri cap. IX. *Helvetii ut sine maleficio & injuria transeant.*

Lib. III. c. XIV. *Turribus autem excitatis, tantum tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat, ut neque ex inferiore loco satis commode tela adjici possent, & missa à Gallis gravius acciderent.*] Vocem *tantum* addidisse se ex Editt. *Rom.* & *Venet.* testatur Doctiss. Daviesius. Quum tamen ea vox in aliis omnibus antiquis codd. non reperitur, nec etiam legit Græcus Interpres; non dubito, quin vera sit altera illa lectio, quæ non habet *tantum.* Sensus optime constat, qui hic est: Licet autem excitatæ essent turres, altiores tamen erant barbararum navium puppes, adeo ut neque ex inferiore loco satis commode &c. Quin immo illud *tantum* aliquo modo turbare videtur, & commodius poni, si sequeretur apud Cæsarem, *ut ex inferiore loco prorsus non adjici possent tela.* Videtur autem mihi illud *tantum* primo adjectum ab aliquo, qui putabat id requiri ad sensum, quia sequitur *ut*, & hanc esse structuram, *tantum superabat ut*: verum is non animadvertit, voculam *ut*, usurpari pro *ita ut.* quod frequens etiam Cæsari nostro. Sic mox hoc ipso cap. *quibus abscissis, antennæ necessario concidebant, ut, cum omnis Gallicis*

navi-

navibus spes in velis armamentisque consisteret, his ereptis, omnis usus navium uno tempore eriperetur. & lib. v. c. 40. in fine. -- *ut ultro militum concursu ac vocibus, sibi parcere cogeretur.*

Lib. IV. Cap. 5. *His rumoribus atque auditionibus* &c.] Eleganter *auditiones* junguntur *rumoribus.* *Auditio* est *fama.* noster infra VII. 42. *ut levem auditionem habeat pro re comperta.* Cicero *famam* & *auditionem* conjunxit, *De nat. Deorum* l. II. -- *accepisse autem fama atque auditione, esse quoddam numen.* Respondet *auditio* Gr. ἀκοῆ. ita quod in Euangeliis est ἀκοαὶ πολέμων, recte vertas ex Cæsare, *auditiones bellorum.*

Ibid. c. 34. *Nuncios in omnes partes dimiserunt.*] Nota, non dicere Cæsarem *miserunt*, sed *dimiserunt*. Vis est in hoc verbo composito. *dimittere* enim dicitur, qui plures ad diversa loca mittit nuncios, quod Græci dicunt διαπέμπεσθαι. Livius l. IV. cap. 32. *præconibus per vicos dimissis* &c. Idem eod. lib. c. 52. *Jam fames quam pestilentia tristior erat, ni dimissis circa omnes populos legatis* &c. lib. XXI. c. 48. *in civitates quemque suas ad sollicitandos popularium animos dimisit.* Cæsar supra c. 19. hujus libri; *nuncios in omnes partes dimisisse.* l. V. c. 31. *dimissis nunciis.* VI. 31. *dimissis per agros nunciis.* & c. 34. *Cæsar ad finitimas civitates nuncios dimittit.* B. C. III. 22. *dimis-*

ſis circum municipia literis. Idem l. VII. B. G. c. 63. *circummittere* dixit: *legiones in omnes partes circummittuntur.* & l. v. B. G. c. 51. *præconibuſque circummiſſis.*

Lib. v. cap. XI. *His rebus cognitis, Cæſar legiones equitatumque revocari, atque itinere deſiſtere jubet.*] Licet alii codd. habeant *in itinere conſiſtere* vel *reſiſtere*, non tamen neceſſe eſt, ut à recepta lectione diſcedamus. *Itinere deſiſtere* hic eſt, expeditionem mittere, relinquere, ab ea abſtinere. Recte intellexit Græcus, qui, καὶ ταύτην διαλείπειν τὴν ϛρατείαν παρήγγειλεν. Cap. præced. dixerat, *milites equiteſque in expeditionem miſit.* & mox: *Iis aliquantum itineris progreſſis.* Jam ab ea expeditione & itinere milites equiteſque, ſive ut hic loquitur, legiones equitatumque, deſiſtere juſſit Cæſar. Cæterum τὸ *deſiſtere* cum caſu ſexto conſtruere ſolet Cæſar. l. VI. B. G. c. 4. *Neceſſario ſententia deſiſtunt.* l. VI. c. 39. *Barbari ſigna procul conſpicati, oppugnatione deſiſtunt.* ubi ſine præpoſitione in omnibus antiquis libris ſcribi docet Hotomannus. lib. VII. c. 12. *oppugnatione deſiſtit.* ibid. c. 26. *conſilio deſtiterunt.* & Livius l. XXV. 2. *Tanto inde favore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt, ut tribuni repente incepto deſtiterint.*

CAP.

CAP. IV.

Integri *opponuntur* defatigatis. Relinquebatur *pro* reliquum erat. *Defenditur vulgata Cæsaris lectio.* Ut *pro* quippe. *Cæsar emendatur.* *Quid* trabes perpetuæ.

LIb. v. Cap. xvi. *Integrique ac recentes defatigatis succederent.*] Sic etiam *recentes* & *integri* conjunguntur, & opponuntur *defatigatis*, lib. vii. c. 48. & B. Civ. iii. 94. *Cum recentes atque integri defessis successissent.* B. G. vii. 41. *integri defessis succedunt.* vid. etiam cap. 85. ejusd. libri. Liv. ix. cap. xxxii. *Nec prius inclinata res est, quam secunda acies Romana ad prima signa, integri fessis successerunt.* xxvii. 2. *& apud hostes integri à fessis pugnam accepere.*

Ibid. c. xix. *Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Cæsar pateretur* &c.] *Relinquebatur.* i. e. reliquum erat hoc. sic B. C. i. 29. *Relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus ---- --naves essent expectandæ.* & iii. 44. *Relinquebatur, ut extremam rationem belli sequens, quamplurimos colles occuparet.* more Græcorum, qui Ἀπιλείπετο dicunt. Epictet. cap. 73.

Ibid. C. xliii. *fervefacta jacula.*] qualia obsessi mittere solebant in milites & in opera obsidentium. vid. Illustr. Spanhem. ad Julian. p. 193. Gr. διάπυρα βέλη dicuntur, vel πυρφόρα

 βέλη,

βέλη, ut Arrian. l. 1. *Exped. Alex.* p. 92. vel πυρφόροι οἰστοὶ p. 96. Paul. ad Epheſ. VI. 16. τὰ βέλη τὰ πεπυρωμένα dixit, ſed ſenſu improprio.

Ibid. c. XLIII. *Hic dies noſtris longe graviſſimus fuit: ſed tamen hunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hoſtium vulneraretur, atque interficeretur, ut ſe ſub ipſo vallo conſtipaverant, receſſumque primis ultimi non dabant.*] Pro *ut* non eſt hic legendum *ita*, ut voluit Hotomannus; ſed retinenda eſt hæc vocula, & explicanda per *quoniam*, *quippe* vel *utpote qui*, ſicut etiam occurrit infra l. VI. c. 7. *Celeriter hæc ad hoſtes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitatus numero nonnullos Gallicis rebus favere natura cogebat.* & VII. 45. *Hæc procul ex oppido videbantur, ut erat è Gorgovia deſpectus in caſtra.* iterum c. 88. ejuſd. lib. *ut de locis ſuperioribus hæc declivia & devexa cernebantur.* Græcus bis vertit hanc particulam, μὲν γάρ.

Ibid. c. XLVII. de Labieno: -- *literas Cæſari dimittit.*] Pro *dimittit* legendum puto *remittit*: nam *dimittit* hic locum habere non videtur, quoniam ſignificat id verbum mittere ad varios, circummittere. Gr. διαπέμπειν. ſic B. C. III. 22. *dimiſſis circum municipia literis.* ſed *remittit* eſt, rurſus mittit. τῷ Καίσαρι ἀντιπέστειλεν habet Græcus. unde conſtat, legiſſe eum etiam *remittit*. in Gloſſ. *Remitto*, Ἀντιπέμπω. Habet etiam Cæſar hoc verbum B. C.

I. 10.

l. 10. *Scriptaque ad eum mandata per eos remittunt.*

Lib. VII. c. 23. ubi deſcribit formam muri Gallici: *Trabes*, inquit, *directæ perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis, diſtantes inter ſe binos pedes, in ſolo collocantur: hæ revinciuntur introrſus, & multo aggere veſtiuntur* &c] *Trabes perpetuas* interpretantur *ſolidas, non è partibus factas.* Ad me quod attinet, vehementer dubito, an vera ſit hæc vocis ſignificatio, & an unquam ita accipiatur. Putem ego *trabes perpetuas* eſſe, quas Græci διηνεκεῖς vel προσεχεῖς vel συνεχεῖς dicunt. Sic Joſeph. B. J. l. III. p. 843. dixit γέρροις διηνεκέσι, *cratibus perpetuis.* vocem Græcam ibi omiſit Interpres. Sed eſt alius apud Joſephum locus, qui hunc Cæſaris mirifice illuſtrare poteſt, lib. VII. de *Bell. Jud.* cap. XXXIII. de muro quodam à Sicariis excitato. Verba hæc ſunt: Δοκοὺς μεγάλας ἐπὶ μῆκος προσεχεῖς, ἀλλήλαις κατὰ τὴν τομὴν συνέθεσαν· δύο δ' ἦσαν στίχοι παράλληλοι τοσοῦτον διεστῶτες, ὅσον εἶναι πλάτος τείχους, καὶ μέσον ἀμφοῖν τὸν χοῦν ἀνεφόρουν. ὅπως δὲ μὴ ὑψουμένου τοῦ χώματος ἡ γῆ διαχέοιτο, πάλιν ἑτέραις δοκοῖς ἐπικαρσίαις τὰς κατὰ μῆκος κειμένας διέδεον. ἦν οὖν ἐκείνοις μὲν οἰκοδομίᾳ τὸ ἔργον παραπλήσιον. h. e. *Trabes ingentes perpetuas in longitudinem, alias aliis qua cæſæ erant conjungebant: duo autem erant ordines, paribus intervallis diſtantes inter ſe tantum, quanta erat*

 muri

muri latitudo, & medium spatium aggere complebant. ne autem crescente aggere diffunderetur terra, rursus aliis trabibus obliquis eas quæ in longitudinem collocatæ erant, revinciebant &c. Confer cum hoc Josephi loco Cæsarem: quod Cæsar dixit, *Trabes directæ perpetuæ in longitudinem*, hoc Josephus, δοκοὺς μεγάλας ἐπὶ μῆκος προσεχεῖς. Interpres Græcus hic simili fere modo, συνεχεῖς τὸ μῆκος. Quod Cæsar: *hæ revinciuntur introrsus*, hoc Joseph. πάλιν ἑτέραις δοκοῖς ἐπικαρσίαις τὰς κατὰ μῆκος κειμένας διέδεον.

Cap. XXXVIII. *In æquum locum se demittere.*] Hoc infra noster lib. VII. c. 53. *in æquum locum descendere* dixit. Liv. lib. X. c. 14. *in æquum descendere.* & Hirt. *B. Alex.* c. 60. *quod is in æquum non descenderet.* Idem *B. Afr.* c. 79. *ut in æquum locum descenderent.*

CAP. V.

Bis emendatus Cæsar; semel illustratus. Quid loca demissa: usu peritus, usu doctus.

CAp. XXXIII. *Cotum magistratum deponere coëgit, Convictolitanem, qui per sacerdotes, more civitatis, intermissis magistratibus, esset creatus, potestatem obtinere jussit.*] Quod Hotomannus & Goduinus his verbis volunt denotari, magistratum in eadem familia non fuisse continuatum, id ex verbis illis, ut recte

recte observat Daviesius, deduci non potest. quare legit ille, *intromissis*; sed parum, ut mihi videtur, apposite. Equidem crediderim, scriptum esse a Cæsare, *intermistis*. Græcus Int. hic habet, παρόντων τῶν ἀρχόντων. Diceres alias Gr. ἐπιμιγέντων τῶν ἀρχόντων Hesiod. *Theogon.* vers. 802.

Οὐδέποτ' εἰς βουλὴν ἐπιμίσγεται.

Vocem *intermistus* vel *intermixtus* amat etiam Livius: vide eum l. XXI. 46. & alibi, qui alias *permixtus* etiam dicit, ut lib. XXI. 14. *ad hæc audienda quum circumfusa paulatim multitudine, permixtum senatui esset populi concilium.*

Cap. XLVII. *Consecutus id, quod animo proposuerat, Cæsar receptui cani jussit; legionisque decimæ, qua cum erat concionatus, signa constitere.*] Quia *concionari cum legione*, non satis pure Latine dicitur, sed potius *concionari apud legionem*, hinc Lipsius & Brantius præferunt lectionem alteram quæ in codice aliquo reperitur, *qua tum erat comitatus*. At salvo Doctorum illorum hominum judicio, mihi non videtur sollicitanda vox *concionatus*, & pro ea nequaquam legend. *comitatus*. quoniam vetustissimi Codd. habent *concionatus*. atque ita legit Interp. Græcus, vertens, ἐδημηγόρησε. Et recte se habent omnia, dummodo levi mutatione pro *cum* legatur *tum*, ut etiam habet codex quidam, & probe intelligatur vocula

cula *qua*, quæ hic non referri debet ad τὸ *legionis*, sed pro *ubi* sumitur, ut Gr. ᾗ. sic cap. 71. hujus libri: *qua erat nostrum opus intermissum.* & l. 1. c. 38. *qua flumen intermittit.* lib. 11. c. 33. *Qua minime arduus ad nostras munitiones adscensus videbatur.* Planus ita est sensus: Legionis decimæ signa constitere illic, ubi tum erat concionatus, sive, eo loco ubi concionem habuerat id temporis. pro *qua tum* alibi dixit Cæsar, *in eo loco quo tum*: l. 1. c. 27. *atque eos in eo loco quo tum essent, suum adventum expectare jussisset.* Porro τὸ *consistere* proprium in hac re verbum est, de *signis militaribus* in loco aliquo manentibus. Livius l. xxi. 32. *Annibal consistere signa jubet.* & xxviii. 15. *At primo consistere signa in radicibus collium.* iterum c. 16.

Bell. Civ. lib. 1. cap. xxvii. *Ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent.*] *Sub ipsa profectione* h. e. eo ipso tempore quum proficisceretur. sic Græci ὑπό τινι πράγματι. Arrian. *Exped. Alex.* p. 198. ὑπὸ τῇ κατακλίσει, *eo tempore cum discumberent.* Lucian. *Macrob.* p. 472. Ὡς δ' ἑώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ προστιθεμένους; *ut autem vidit eos qui sub pugna* (ipso tempore pugnæ, vel, inter pugnandum) *ad Scribonium deficiebant.*

Bell. Civ. lib. 1. cap. xxxii. *Dicendi mora dies extrahente.*] Eleganter *extrahi* dicitur tempus quod consumitur aliquo negotio. sic

hujus

hujus libri cap. xxxiii. *Triduum disputationibus extrahitur.* B. Gall. l. v. *Neque multum æstatis superesset, atque id facile extrahi posse intelligeret.*

Cap. lxxii. ubi agitur de munitionis generibus quæ instituit Cæsar, inter alia dicitur: *Hoc intermisso spatio, duas fossas, xv. pedes latas, eadem altitudine, perduxit; quarum interiorem campestribus ac demissis locis, aqua ex flumine derivata complevit.*] Elegánter loca humilia & depressa dicuntur *demissa*. sic B. C. iii. 49. *Itaque illi necessario loca sequi demissa ac palustria.* Exprimit plane, hæc vox Græcam καθειμένον. dicunt enim Græci χωρία καθήμενα non tantum, sed etiam καθειμένα. Ælian. *Hist. Animal.* l. xiii. 28. καθειμένον καὶ κοῖλον. & xvi. 12. καθειμένα χωρία. & in *Var. Hist.* iii. 1. ubi in vulgata lectione est, ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς λείοις καὶ καθημένοις, Codices Oporini & Lugdunens. habere καθειμένοις monuit Cl. Perizonius. quæ verba ex hoc Cæsaris loco optime vertas, *in ipsis autem campestribus ac demissis locis.*

Ejusdem libri cap. 93. *Sed nostri milites dato signo, cum infestis pilis procurrissent, atque animadvertissent non concurri à Pompejanis, usu periti, ac superioribus pugnis exercitati &c.*] Proba, inquit, Daviesius, licet rarior est hæc constructio: & adstruit eam aliis exemplis, in quibus est *peritus scientia bellandi*:

peritus artibus &c. Verum est, construitur quidem *peritus* cum casu sexto; sed aliena sunt illa exempla ab hoc loco: nam vox *usu* non pendet hic à *peritus:* vel, ut rectius dicam, non pendet ab *in* præpositione suppressa, ut alioqui dicitur *peritus artibus* pro *in artibus*; sed *peritus usu* hic dicitur, ut apud Livium *doctus usu.* Sic ille lib. IV. cap. 46. *Quæ cum allatæ Romam essent, dicitur Q. Servilius, ætate & usu doctus, precatus ab Diis immortalibus* &c. & lib. XLIV. cap. 22. *Primum à prudentibus & proprie rei militaris peritis, & usu doctis, monendi imperatores sunt.* Sic *usu discere* Curt. lib. V. c. I. *Dicit Darius, se didicisse usu pretiosam supellectilem, pellicesque & spadonum agmina nihil aliud fuisse quam onera & impedimenta.* Alia est ratio hujus loquutionis; ablativus enim *usu*, in hisce exemplis regitur a suppressa præpositione *ex.*

CAP. VI.

Quædam Horatii loca in libro primo Carminum ad examen revocantur.

HOratius Lib. I. *Carm. Od.* I. ℣. 3.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat, metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque nobilis
Terrarum dominos evehit ad Deos.

In versu ultimo pro *evehit* conjecit Celeberrimus

mus Bentlejus, legendum *evehere*; quæ conjectura ita ipsi arrisit, ut in textum recipere eam non dubitaverit, licet omnes Codices & Scripti & Editi ὁμοθυμαδὸν habeant *evehit*. Explicat autem ita: *Sunt-quos juvat palma Olympiaca, quæ nobilis est vel ad Deos immortales victorem evehere.* & loquendi genus à Græco fonte deductum Horatio aliisque familiare, exemplis pluribus probat, ut *impotens sperare*, *celer excipere* &c. Ad hanc emendationem faciendam induxit virum Clarissimum orationis filum, quod ita se habere existimat: *Sunt-quos* juvat palma Olympiaca- *Hunc* juvat, si honores consequitur: *Illum*, si divitias--- *Quosdam* venatio: *Me* si nomen & famam Poëtæ Lyrici nancisci possum. Quum inter hæc, *Sunt quos* curriculo pulverem Olympicum collegisse juvat, &c. & inter illa, *Hunc* si mobilium &c. interveniat integra sententia, *Palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos*, nunquam, inquit, ullis machinis efficies, ut τὸ JUVAT per sententiæ istius intervallum ad HUNC usque rite transduci possit. Hæc fuit ratio hujus Emendationis viro Cl. Ad me quod adtinet, ingeniosa quidem ea videtur, sed tamen minus necessaria, nec in contextum eam recepisse virum Doctiss. vellem. Manere commode potest, &, ὥς γ' ἐμοὶ κρατῇ, debet τὸ *evehit*, dummodo recte percipiatur verborum ordo, qui hic est: *Sunt* (quidam sc.) *quos*

juvat curriculo collegisse pulverem Olympicum, quos*que meta evitata fervidis rotis, & palma nobilis evehit ad Deos terrarum dominos*. Scilicet repetendum pronomen *quos* in *metaque* &c. quod subintellectum obscuriorem paulo fecit structuram, & non animadversum induxit Interpretes ad ordinem verborum alium statuendum tum hic, tum aliis in locis. exempli gratia in *Carmine Sæcul.*

Vosque veraces cecinisse Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus servet.

ubi in *stabilisque* etiam ex præcedenti repetendum *quod*, ut sensus sit: *quodque stabilis rerum Terminus servet.* sed infra de hoc loco plura. Præterea si retineatur lectio recepta, multo melius huic sententiæ respondet ea quam inferius in hac Ode de se ipse Poëta subjungit:

Me doctarum ederæ præmia frontium
Dis miscent superis.

Quasi dic. *Victores Olympiæ evehit palma ad Deos, --- Me hedera Poëtarum superis miscet.* Taceo de sono ipso verbi *evehere* qui in versu durior & ingratior est auribus, tum propter toties repetitam in syllabis se invicem sequentibus literam *e*, tum propter elisionem. contra mollior & suavior longe est versus, si legas *evehit*. sic infra lib. III. Ode 24. ubi de *paupertate* Poëta:

- - - - - - *jubet*

Quid-

Quidvis & facere & pati.
Virtutisque viam deserit arduæ.
contra omnium codicum fidem & præter necessitatem emendatur, & in contextu ponitur:
Virtutisque viam deserere arduæ.
qua emendatione versus, ni fallor, durior fit.

Ode III. vers. 37.

Nil mortalibus ardui est.
Ut editum est in nova editione ex melioribus codicibus; ita etiam in MSto Bibliothecæ nostræ publicæ clare legitur, *ardui*, non *arduum*, quemadmodum est in aliis. Mox *Ode* IV. vers. 12.
Seu poscat agna, sive malit hædo.
Quam lectionem vetustiorum codicum suffragiis innixam secutus est Vir Eruditissimus in eadem editione, etiam habet MStus noster, non *agnam* & *hædum*, vel *hædos*, ut alii habent.

Ode VI. vers. 7.

Nec cursus duplicis per mare Ulixei.
Illud *duplicis* hic offendit doctissimum Criticum, quare ex conjectura legit:
Et cursus reducis *per mare Ulixei.*
Quum tamen codices habeant vel *duplices* vel *duplicis:* MStus noster etiam, *duplicis*; non dubito, quin sana satis sit hæc lectio. Sumenda mihi videtur vox in casu quarto, ut pertineat ad *cursus*. Sunt autem *duplices cursus Ulyssis*, errores ejus, quantum equidem video, quibus *iterare cursus*, & *relegere* cogebatur. Virg. *Æneid.* IV. 690.

Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achæmenides, comes infelicis Ulyssi.

Horat. *Ode* XXXIV. hujus libri;

---- erro; nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relectos.

Ex quibus videmus, *iterare cursus* & *relegere* esse errantium. unde errores commode vocantur *duplices cursus.*

Ode XII. vers. 31.

Et minax (sic Dî voluere) ponto
Unda recumbit.

Turbare hic codices vehementer monent Interpretes, alios habere *quia sic*, alios *quod sic*, alios *nam sic*, pro *sic Dî*. Præferrem ego: *nam sic.* quod clare quoque exhibet noster MStus; & inter lineas explicationis gratia scriptum est, *illi gemini.* Ceterum pro *unda recumbit*, idem habet: *unda recurrit.* cui lectioni tamen præfero vulgatam, quæ verior & signantior. Ejusdem *Od.* vers. 57. legitur:

Te minor latum reget æquus orbem:

Multi codices hic habent *lætum*, quod quibusdam placuit Interpretibus: sed merito præfertur *latum*, quod esse dicitur in vetustioribus quibusque libris, quibus etiam accenseo nostrum: in eo clare etiam extat *latum.* Et ostendit elegantissimus Bentlejus, ex aliis Poëtarum locis, familiarem esse loquendi modum, *late*

regem,

regem, *late regnare*. Addo ego, ad imitationem Græci εὐρυκρείων, quod frequens est Homero, ita loquutos Poëtas Latinos.

Ode XXIV. verſ. 8.

Quando ullum inveniet parem?

Hanc lectionem, quam tantopere laudat vir doctus, & præfert vulgatæ *invenient*, etiam in noſtro MSto inveni. Et *Ode* XXVII. 13. pro *ceſſat voluntas*, idem habet cum vetuſtiſſimis & optimis *Lambini*, *Torrentii* & *Bentleji* codicibus, *voluptas*: ut etiam *Ode* XXVIII. 18. exhibet cum optimis: *Exitio eſt avidum mare nautis*: non *avidis*, uti alii habent.

Ode XXXV. verſ. 21.

Te Spes & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat,
Utcunque mutata potentis
Veſte domos inimica linquis.

Hic Virum Cl. in nupera edit. offendit verbum *linquis*. Quippe, inquit, ſi Fortuna linquit domos afflictas, unaque comitantur abeuntem Spes & Fides: tum profecto omnes omnino diffugiunt, tam fidi amici quam infideles: quo nihil abſurdius fingi poteſt. Certe ſi quid video, vel hoc, vel non diſſimili verbo dictum oportuit:

Utcumque mutata potentis
Veſte domos inimica vertis.

h. e. *concutis*, *affligis*. Spes, inquit & Fides ſemper te colunt, Fortuna: neque te deſerunt,

ſed

ſed etiam in afflicta domo, cum veſtem mutaveris, tecum manent. Hactenus Bentlejus.

Sed ſalvo viri κρ[illegible] judicio illud *vertis*, ut ego quidem exiſtimo, pervertit orationis vim atque elegantiam; multo enim venuſtior eſt oratio, ſi legas, *linquis*, quam ſi legatur *vertis*. Ad τὸ *linquis* optime refertur *comitem*, non ita bene ad τὸ *vertis*. *Comes* proprie dicitur *euntis*, *abeuntis*, & *linquentis* aliquem locum. *Non abnegare* itaque *comitem fortunæ linquentis domum aliquam*, eſt amicos in adverſis nolle deſerere, ſed neceſſitati eorum velle conjunctum eſſe, & non ſolum proſperam, ſed etiam adverſam eorum fortunam ſequi, qui character eſt inimici certi qui in re incerta cernitur. Neque ſane explicanda ſunt verba, ut vult vir doctus, quod *omnes omnino diffugiunt tam fidi amici quam infideles*: nam de *fidis* & *certis* amicis hæc tantum dicuntur; ſic canit Poëta:

Te SPES & albo rara FIDES colit
Velata panno, nec comitem abnegat &c.

Præterea aliud eſt, *diffugere* & *cedere retro* à fortuna adverſa, aliud, *ejus comitem eſſe*. Quorum elegans eſt hic antitheſis. ut enim *poſterius* de *fidis* amicis dicitur, ſic *prius* de *infidis*, ut mox ſequitur apud Lyricum:

At volgus infidum, & meretrix retro
Perjura cedit: diffugiunt &c.

Vides Lector, tantum abeſſe, ut verbum illud *linquis*, totam hanc ſcenam deturpet & prorſus

ſus corrumpat, ut contra ea neceſſario ſit retinenda, & nequaquam mutanda in *vertis*, præſertim cum conſtans ſit lectio omnium Codicum MStorum, & longo intervallo diſtent ductus literarum utriuſque verbi *linquis* & *vertis*: nihil prorſus in iis ſimile eſt præter duas poſtremas literas.

Ode xxxv. verſ. 29.

Serves iturum Cæſarem in ultimos
Orbis Britannos.

Emendat Cl. Bentlejus: *Oro*, *Britannos*: nec recte dici, ſed ſemibarbare ait *Britannos ultimos orbis*. Verum præterquam quod nimium a vulgata ſcriptione recedit, quam agnoſcunt omnes & MSti & Editi: non video cur minus recte dicatur, *ultimos orbis Britannos*, quum hoc plenius ſit, & ubi dicis, *ultimos Britannos*, ſubaudiri debeat *orbis* vel *hominum*, quemadmodum Homero Æthiopes dicuntur ἔσχατοι ἀνδρῶν. Quod alii Poëtæ plerumque omittunt, addidit hic Horatius, quia verſui inſerviebat. Sic apud Lucanum,

- - - - *extremique orbis Iberi.*

ubi τὸ *extremi* mihi quidem videtur eſſe nominativi, & pertinere ad *Iberi*; *Orbis* vero genitivi: atque ſic plane ſimilis ille locus eſt huic noſtro, licet contendat vir Cl., *extremi* iſthic eſſe genitivi, & conſtrui debere cum *orbis*.

Ode XXXVII. verſ. 9.

Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum.

Locus vexatiſſimus, qui multorum ingenia multum exercuit. Loquitur Poëta de Eunuchis Cleopatræ, de quibus etiam *Epod.* IX.

Fert vallum & arma miles, & ſpadonibus
Servire rugoſis poteſt.

Hi recte vocantur, ut paſſim, *turpes* & *contaminati*, eorumque contubernio proprium etiam vocabulum *grex*, ut oſtendit ad hunc locum doctiſſimus Bentlejus: ſed quomodo eoſdem virorum nomine dignatus Poëta, qui ſemiviri potius, vel feminæ, vel monſtra dicendi erant? ut recte vir modo laudatus, qui etiam in loquutione *turpium morbo* pro *morboſorum* non agnoſcit elegantiam Flacci. Legit is itaque *Opprobriorum* pro *Morbo virorum.* Ingenioſe quidem, ſed an ſic ſcripſerit Flaccus, vehementer dubito. certe nimis mihi hoc recedere videtur à lectione vulgata. Subiit mihi de hoc loco cogitanti alia & facilior emendatio, ſc.

Contaminato cum grege turpium
Orbo virorum.

Orbo virorum. i. e. ſine viris, ſine virilitate. Plaut. Aſinar. Act. I. Sc. 2. *caſtrabo viros.* Recte autem & per Græciſmum *orbus* cum ſecundo caſu conſtruitur. Lucret. lib. V. verſ. 838.

Orba pedum partim, manuum viduata viciſſim.

Sic

Sic in aliis. Noſter lib. I. *Serm.* 2. *operum vacuo.* lib. II. *Epiſt.* 2. *inops fundi.* & in *Art. Poët. liber laborum.* Scilicet vitium hoc loco forſitan ortum eſt ex pronunciatione. Si quis enim ſcribenti dictat, *Turpium orbo virorum*, intelligere hoc poterit, *Turpium morbo:* quoniam litera *m* ex voce turpium in pronunciando cohæret cum ſequente voce.

Eadem *Ode* verſ. 24. de Cleopatra:

- - - - - Quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expavit enſem, nec latentis
Claſſe cita reparavit oras.

Eſt fateor ſcabri quid in hac lectione, ut mirum non ſit, diſſentire hic Grammaticos & Interpretes, quorum alii explicant per Hypallagen, *Oras claſſe* pro *oris claſſem:* alii *reparavit* interpretantur *repetiit*, *requiſivit*. Eruditiſſimus Bentlejus, vel reclamantibus quotquot hodie extant codicibus, ſcriptum ab Horatio contendit:

nec latentes
Claſſe cita penetravit oras.

Quod ad loquendi rationem attinet, fateor eam eſſe uſitatam optimis quibuſque Poëtis; ſed Horatium hic ea uſum eſſe non ego contenderim. A ſcriptura vetere & vulgata, quæ conſtans eſt in omnibus codicibus, *reparavit*, multum diſtat *penetravit.* Equidem, ſi quid hic mutan-

dum ſit, minore mutatione legerim, atque ab Horatio profectum crediderim:

Claſſe cita ire paravit oras.

Scilicet abſorpta fuit vel extrita prima litera verbi *ire*, & *re* junctum cum ſequenti voce. & ita pro *ire paravit* lectum *reparavit*. Ceterum *ire paravit* recte & eleganter dictum: optimis enim quibuſque poëtis & proſæ ſcriptoribus frequentatum hoc loquendi genus, *ire parare*. Virg. *Æneid.* I. verſ. 682.

Regius accitu chari genitoris ad urbem
Sidoniam puer IRE PARAT.

Idem IV. *Æneid.* verſ. 118.

Venatum Æneas, unaque miſerrima Dido
In nemus IRE PARANT.

Cœnus ad Alexandrum apud Curtium lib. IX. cap. 3. *In alium orbem* PARAS IRE, *& Indiam quæris Indis quoque ignotam.* Porro familiari Poëtis ellipſi dicitur *ire oras* pro *ire ad oras*. Sic Flaccus noſter *Epod.* IX. 29.

Aut ille centum nobilem Cretam urbibus
Ventis iturus non ſuis.

Valerius Flaccus *Argonaut.* I. 843.

--- donec ſilvas & amœna piorum
Deveniant.

Virg. *Eclog.* I. 65.

At nos hinc alii ſitientes ibimus Afros.

Idem VI. *Æneid.* 638.

Devenere locos lætos, & amœna vireta.

In

In hac Ellipsi Græcos imitati sunt Latini. Homer. *Iliad.* α. 139. -- -- ὅν κεν ἵκωμαι. vide plura exempla in Ellipsibus nostris Græcis.

CAP. VII.

Expenduntur quædam Flacci lectiones in libro secundo Carminum.

Flaccus Lib. II. *Carm. Od.* I.

Sed ne relictis, Musa procax, jocis,
Ceæ retractes munera næniæ:

Pro *munera* alii legunt *funera*, alii *vulnera*. Sed merito tuitus est vir doctissimus lectionem quam habent Lambin. Cruq. Torrent. &c. *munera.* his accedit etiam MStus noster, qui *Od.* III. vers. 27. ubi -- *& nos in æternum*
Exsilium impositura cumbæ, non habet *Exsilium*, sed *Exitium*. & *Od.* XII. 28. ubi vulgo editiones:

Interdum rapere occupet:

habet *occupat*, uti edidit Novissimus Interpres Horatii, & plures melioris notæ codices exhibere docet.

Od. XIII. vers. I.

Ille & nefasto te posuit die,
Quicunque primum & sacrilega manu
Produxit arbos, in nepotum
Perniciem, opprobriumque pagi.

Sic omnes habere libros & scriptos & editos testatur Cl. Bentlejus, neque aliter hodie apud

Diomedem Grammaticum veterem. Quocunque tamen te vertas, inquit idem V. Cl., nullum in his verbis ſententiæ exitum invenias: ſive enim hoc modo conſtruxeris verba: *Ille quicunque primum poſuit te nefaſto die* &c. nihil reliquum erit, quo *ille* pertineat; ſive, ut vulgo ſolent, ordinaveris, *Ille & poſuit te nefaſto die, quicunque primum*, ut ſubaudiatur iterum, *poſuit* &c. Quare legit & edidit, ad vitandam inficetam ſtribliginem & barbariem:

Illum, ô, nefaſto te poſuit die
Quicunque primum &c.

Sed nullam ego hic video inficetam barbariem: conſtruantur modo verba alio ordine, ut apud veterem Commentatorem in MSto Bibliothecæ noſtræ publicæ, ſc. *Arbor, ille quicunque primum produxit te in nepotum perniciem & opprobrium pagi, poſuit te & nefaſto die, & ſacrilega manu.* Non erat neceſſe ideo *Ille* mutare in *Illum*, quia ſequens periodus incipit ab *Illum:* quod ibi ſtructuræ ratio poſcit. Deinde iterum ſequitur *Ille:* ubi dicitur: *Ille venena Colcha - - tractavit:* neque etiam contra omnium codicum fidem voculam *&* mutaverim in *ô.* quin immo neceſſario retinendam putaverim eam: ſi enim abſit, orationi ſuus deeſt nervus, *ET nefaſto die, ET ſacrilega manu.*

Eadem Ode verſ. 30.

- - - - - - - - Sed magis
Pugnas & exactos tyrannos

Den-

Densum humeris bibit aure vulgus.

Nescio cur hic Criticos adeo offendat vox *humeris*, ut alius pro ea mavelit legere *hilari*, alius *humili*, aut *avida*: ubi constans est omnium codicum lectio, *humeris*, a qua longe recedit *hilari*, longius *avida*, propius autem *humili*; sed parum, ut mihi videtur, apta vox huic loco. Majorem, meo judicio, vim habet, & signantius est *densum humeris*, quam si *densum* solum dixisset poëta: designat multitudinem hominum eorumque aviditatem audiendi conciones, quando frequentes & stipati humeris se invicem premunt. In ora MSti nostri ad vocem *humeris* hæc legitur nota: i. e. *humeris se comprimentes: solet enim vulgus frequens humeris se stando comprimere.* Ceterum jejunam adeo esse orationem hanc, in qua τὸ *aure* destitutum est epitheto, non video; nam quia dixit Horatius *bibit aure*, non *haurit*, vel alio aliquo modo, judicavit epitheto non egere vocem *aure*. Emphatice enim hoc exprimit *diligentissime auscultare* & *cupidissime audire*, *auscultare*, *ac si*, ut nostrati proverbio dicitur, *aqua infunderetur auri*.

Ode XVI. 31:

Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.

In membrana nostra singularis hic est lectio, cujus Interpretes, quos vidi, non meminerunt, sc.

Et

Et mihi fors & tibi quod negarit,
Porriget hora.

hoc ſenſu, Et mihi & tibi tempus dabit id quod hactenus negavit nobis Fors: Et me & te mors auferet, quando venerit hora noſtra. Placet tamen, ut verum fatear, magis recepta lectio: & pene crediderim, pro *forſan* olim ſcriptum fuiſſe *forſit*, unde nata illa altera lectio *fors &*. ita *forſit*, pro *forſan* vel *forſitan* dixit Flaccus noſter I. *Sermon.* VI. 49.

- - quia non ut forſit honorem
Jure mihi invideat quis.

Ode XVIII. 29.

Nulla certior tamen
Rapacis Orci ſede deſtinata
Aula divitem manet
Herum.

Pro *Rapacis* legere mavult Vir Celeb. *Capacis.* Sed mihi longe aptius videtur epithetum *Rapacis:* quia per *Orcum* hic non locus, ſed perſona deſignatur. Orcus hic eſt ipſe Pluto, qui *rapax* merito dicitur, quia mortuorum animas vi quadam ad ſe rapit. Sic *mors rapax* dicitur Tibullo lib. I. *Eleg.* 3. verſ. 65.

Illic eſt cuicunque rapax mors venit amanti.

Sedes Orci eſt οἶκος Ἄδου vel Ἀΐδαο δόμος, ut Homerus aliique loquuntur. *Rapacis* etiam habet MStus Bibliothecæ noſtræ, & alii codices omnes: quare nihil mutandum cenſeo.

CAP.

CAP. VIII.

Ex libro tertio & quarto Carminum Horatii quædam lectiones expenduntur & illustrantur.

Lib. III. Carm. Od. II. verſ. 17.

Virtus, repulſæ neſcia ſordidæ,
Intaminatis fulget honoribus.

Monuit ad hunc locum vir Cl., Giſanium in Indice Lucretiano repoſuiſſe ex ſuo codice:

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ in-
contaminatis *fulget honoribus.*

cui aſſentiri librum unum Lambini, & Pulmanni duos. Addo ego, membranam noſtram pariter habere *incontaminatis.* Ejuſdem libri *Ode* III. - - - - *Illum ego lucidas*

Inire ſedes, ducere nectaris
Succos, & adſcribi quietis
Ordinibus patiar Deorum.

Multi Codices MSti hic habent *diſcere.* Sed vera lectio eſt *ducere*, uti cenſuit etiam Bentlejus. Firmari poteſt hæc lectio auctoritate membranæ noſtræ, in qua clare legitur *ducere.*

Ode IV. verſ. 45.

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbes regnaque triſtia,
Divoſque, mortaliſque turmas
Imperio regit unus æquo.

Quærit hic non ſine ratione idem vir celeb. quid ſibi velit *urbes* & *mortales turbas*: ineptum

hoc ait esse & tautologiam meram. corrigit itaque *umbras*, & distinguit cum vetere Scholiaste:

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum; & umbras regnaque tristia,
Divosque, mortalesque turbas
Imperio regit unus æquo.

Quæ conjectura ingeniosa satis est, seque ipsa commendat. Distinctio quoque quam facit cum vetere Scholiaste, probari omnino meretur. eandem in nostra membrana inveni. Ceterum de voce *turmas*, ait Torrentius, sic habere quotquot viderit exemplaria, & Lambinum ideo fortassis *turbas* legisse, quod paulo ante *immanemque turmam* dixit Horatius: vetustos tamen eum citare codices; an falso, ait, ipse viderit. At pro Lambino dicere hic possum & testari, in vetusto nostro MSto manifeste extare *turbas*, uti etiam habere Battelianum & Petrensem ait Vir Celeb. in nupera editione.

Ode. v. vers. 33.

Qui perfidis se credidit hostibus.

Nemo, inquit Cl. Bentlejus, sic locutus est. quare scribi jubet aut *tradidit*, aut *dedidit*. Sed ita locutus est Tullius *Famil. l.* IV. *Ep.* 7.-- *Aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt.* Quem locum ipse etiam adducit, verum emendat & legit: *Aut, quemadmodum nos, victori sese dediderunt*, vel *tradiderunt*. cum tamen omnes codices constanter habeant

cre-

crediderunt. Videndus ad eum locum Victorius, qui ibidem recte docet, *credere se alicui*, eos dici, qui in illius potestatem se tradunt, & in ea loca deveniunt, ut in eorum arbitrio sint: & subjungit alium similem Ciceronis locum, ubi scribit ad Marium: *Certe nihil fuit præterea, si te victori nolles aut non auderes committere.* Ceterum in hoc Horatii loco epitheton *perfidis*, quod datur *hostibus*, satis evincit, scripsisse Poëtam, *credidit*: elegans enim hic est antithesis in *perfidis* & *credidit*; de qua non cogitasse videtur vir doctissimus. sic hujus lib. *Od.* XXVII. vers. 25.

Sic & Europe niveum DOLOSO
CREDIDIT tauro latus.

ibid. vers. 63. - - *age*, *te procellæ*
CREDE veloci.

præferendam itaque censeo lectionem receptam, quam omnes etiam tuentur MSti.

Ode VIII. 13.

Sume, *Mæcenas*, *cyathos amici*
Sospitis centum; *& vigiles lucernas*
Perfer in lucem.

Hanc lectionem, quam probat Vir eruditissimus, etiam præ se fert MStus noster, habet *Sospitis*, & inter lineas legitur interpretatio, *læti*, *salubris*. habet etiam *Perfer*, ubi in aliis pro *Sospitis* est *Hospitis*, & pro *Perfer*, *Profer*. Sic *Od.* XVI. 13.

Demersa exitio.

ut eſt in vetuſtiſſimis exemplaribus, etiam in MSto Sexcentorum annorum in Cantabrigiæ Bibliotheca publica, teſte Cl. Bentlejo, clare etiam legitur in MSto illo Bibliothecæ noſtræ publicæ. Merito probatur hæc lectio ut vera, non illa altera, quæ habet *excidio*.

Ode XVIII. verſ. II.

Feſtus in pratis vacat otioſo
Cum bove pagus.

Per omnes fere codices graſſatum hic fuiſſe *pardum*, & legi, *cum bove pardus*, teſtatur vir doctiſſimus modo laudatus. Teſtari etiam poſſum, in noſtro MSto etiam ſcriptum eſſe *pardus*, ſed non à prima manu. prius ibi extitiſſe *pagus*, clariſſime liquet ex eraſa inferiore parte literæ *g*, & ex nigredine atramenti quo exaratæ ſunt quatuor poſteriores literæ *rdus*, ita ut facillime diſcerni queat, & videri, à manu recentiore eſſe. & in margine codicis habetur: *Feſtus pagus*. i. e. *tua feſta celebrans*. quæ ſunt Acronis. quod putem eſſe argumentum & indicium bonitatis & antiquitatis Noſtræ membranæ. antiqua enim & vera lectio eſt *pagus*, non *pardus*.

Ode XIX. 26.

Puro te ſimilem, Telephe, veſpera
Tempeſtiva petit Rhode.

Alii habent *Chloe*. ſed ut vera lectio probatur *Rhode*. ſic habet etiam noſtrum exemplar.

Ode

Ode XXI. verſ. 13.

Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro.

Membrana noſtra hic habet, *amoves*, non *admoves*, & ſupra ſcriptum interpretamentum *removes*, hoc ſenſu; Tu lene i.e. leniter (ſic explicatur inter lineas:) ab ingenio duro, ſevero & triſti removes & repellis tormentum i. e. triſtitiam, quæ animum torquet. Haud inepte: leniter enim vino tollitur ex animo triſtitia. Flaccus noſter ſupra lib. 1. Od. 7.

- - - *Sic tu ſapiens finire memento*
Triſtitiam vitæque labores
Molli, Plance, mero.

Præfero tamen vulgatam lectionem, quæ habet *admoves*, & interpretationem, quæ *lene* jungit cum voce *tormentum*: elegans enim eſt antitheſis in *lene tormentum*, & *ingenio duro*.

Ode XXIV. 42.

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis & facere, & pati:
Virtutiſque viam deſerit arduæ.

Pro *deſerit* V. Cl. hic emendavit, & in textum recepit *deſerere*, putans idem hoc loco eſſe vitium à librariis commiſſum, ut lib. 1. *Od.* 1, ubi pro *evehit* legit *evehere*. Non enim, inquit, *paupertas* deſerit, ſed jubet homines avaros quidvis facere patique, & deſerere viam virtutis. Non tamen ego diſceſſerim à vulgata ſcriptura, quam & codex noſter, & omnes,

ni fallor, alii agnoſcunt. Vitare haud dubie voluit Flaccus noſter ingratam illam duritiem in vocibus *deſerere arduæ*, atque adeo dicere maluit, *deſerit arduæ*, quod mollius longe eſt dictum, & ſenſu eodem. Nec inuſitatum loquendi genus, quo *pauperies* dicitur *deſerere viam virtutis*, quæ avaris eſt cauſſa, ut deſerant viam virtutis. Simili modo Philemon dixit:

Ἡ γὰρ πενία πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά.

Paupertas proclivis eſt ad mala patranda. i. e. facit homines proclives ad mala facienda.

Lib. IV. Ode VII.

Cuncta manus avidas fugient heredis, amico
Quæ dederis animo.

Cl. Auctor Nov. Edit. ſuaviorem judicat compoſitionem, ſi legeretur:

Cuncta manus avidi fugient heredis &c.

Mihi ſecus videtur, & Horatianum magis, hoc eſt elegantius & efficacius dictum, *manus avidas heredis* quam *manus avidi heredis.* & ut *animo* dedit epithetum *amico*, ſic *manus* epithetum dedit *avidas*. Ceterum ſic ſolent Græci & Latini, præſertim poëtæ, loqui. *Epodo* III.

Parentis ſenile guttur,

pro gutture parentis ſenio confecti.

Ode IX. verſ. 29.

Paullum ſepultæ diſtat inertiæ
Celata virtus.

Pro *inertiæ* idem vir eruditiſſimus legit *inertia* ſc. ſcriptorum, ut ordo ſit: *Virtus inertiâ*

poë-

poëtarum, ſcriptorum, teſtium, *celata*, *paullum diſtat* virtuti *ſepultæ*. Ad me quod attinet, vix adducor ut credam, ita profectum ab Horatii manu; ſed potius vulgatam ſcripturam quæ conſtans eſt omnibus codicibus, pro vera & genuina habeo, in qua plus multo nervorum & elegantiæ mihi quidem videtur ineſſe, plus facilitatis, quam in illa nova lectione. Maneat itaque *inertiæ* in caſu tertio, ut pertineat ad *ſepultæ*. Similis eſt verſus, eodem conſtans metro, & totidem verbis ſuperius apud Horatium lib. II. *Od.* I.

Paullum ſeveræ Muſa tragœdiæ,

ut hic *Paullum ſepultæ diſtat inertiæ*. in iſto poſt *Paullum*, ſequitur, *ſeveræ* -- *tragœdiæ*, in eodem caſu, ut τὸ *ſeveræ* ſit epithetum *tragœdiæ*: in hoc poſt *Paullum*, τὸ *ſepultæ*, ut ſit epithetum *inertiæ*. Eleganter etiam *virtus* opponitur *inertiæ*, & *celata virtus*, *ſepultæ inertiæ*: eſtque *ſepulta inertia*, obſcura ignavia, quæ in occulto latet, vita deſes, ignava & iners, cujus nulla poſteris eſt memoria. Optime vetus Commentator ad oram hujus loci in MSto Bibliothecæ noſtræ: *Nihil intereſt inter celatam virtutem & inertiam*: *nam virtus carens literarum monumentis*, *procedente tempore perdit famam*, *& ſimilis fit ignaviæ*, *de qua nemo loquitur*. & Acro: *Non laudata virtus*, *ſimilis eſt inertiæ*: *ita enim ſilentio obſcuratur*, *tanquam ſi nulla fuerit*.

CAP. IX.

Quædam ex Epodis Horatii lectiones examinantur & illuſtrantur.

Epodo IV. verſ. 17.

Quid attinet tot ora navium gravi
Roſtrata duci pondere.

Ad hunc locum V. Cl. in Notis nuperis, tam inſolentem metaphoram non excuſare, nedum admirari poſſe ſe dicit. Pro *ora* itaque emendat *æra*:

Quid attinet tot æra navium gravi
Roſtrata duci pondere.

ut *æra roſtrata* idem ſit ac *roſtra ærata*. Sed licet *roſtra ærata* & *proræ æratæ* dicantur, non tamen invenias, ut puto, apud ullum ſcriptorem, *æra roſtrata*. *Æs* quidem pro ipſo *roſtro* ponitur, ut Virg. *Æneid*. I. 39.

Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant.

Unde naves ænea roſtra habentes, ut & proræ, dicuntur *æratæ*. Cæſar alibi: *cum claſſe navium ſedecim, in quibus paucæ erant æratæ*. Statius v. *Theb*.

Ecce autem ærata diſpellens æquora prora.

(Gr. naves iſtiuſmodi vocantur χαλκέμβολοι & χαλκήρεις.) ſed *æra roſtrata* nuſquam. Et eſt major in locutione concinnitas, ſi legis, *tot ora navium*. ſc. intelliguntur partes navium anterio-

teriores, proræ, roſtra habentes. Quod ad metaphoram attinet, non eſt ea inſolens, ſed elegans & Græco more: Græci enim navis proram faciei aſſimilant humanæ, vocantes eam *μέτωπον*, & latera ejuſdem *παρειὰς*, *genas*. unde naves poëtis Gr. dicuntur *μιλτοπάρῃοι* & *φοινικοπάρῃοι*. Thucydid. l. II. c. 90. *Ἐπιστρέψαντες τὰς ναῦς, μετωπηδὸν ἔπλεον* &c. ubi Schol. *τὸ δὲ μετωπηδὸν, πάλιν τὸ κατ' εὐθεῖαν πλέειν ἐστί. τὸ γὰρ μέτωπον τῆς νεὼς ἡ πρῶρα ἐστί. λέγει οὖν ὅτι τὰ μέτωπα, ὅ ἐστι τὰ πρόσωπα τῶν νεῶν παρεῖχον τοῖς ἐναντίοις*. Vide etiam Rigaltium ad Artemidorum pag. 110. Neque carere exemplo dictum hoc Horatii crediderim. apud alium Poëtam etiam *ore roſtrato* pro prora roſtrata, legiſſe me memini, licet locus nunc non ſuccurrat.

Epod. v. 63.

Quibus ſuperbam fugit ulta pellicem.

Hanc lectionem præfert doctiſſimus Bentlejus alteri, quæ habet *ſuperba*. firmatur etiam prior lectio teſtimonio noſtræ membranæ, in qua clare extat *ſuperbam*; ſed ſupra eam vocem explicatio, *potens Medea*, quæ eſt interpretatio alterius lectionis, *ſuperba*. Aliquoties in hoc codice obſervavi, explicationes quæ habentur inter lineas, ſæpe eſſe vocum lectionis diverſæ ab ea quæ eſt in textu: ſic lib. I. *Ode* 35.

Te ſemper anteit ſæva Neceſſitas.

ſupra vocem *ſæva* ſcriptum eſt *ancilla*, quæ eſt interpretatio alterius lectionis, nimirum *ſer-*

va, non vero vocis *ſæva*, quæ iſthic eſt in ipſo verſu. In eadem *Ode* verſ. 87. ſequitur:

Venena, magnum fas nefaſque, non valent
Convertere humanam vicem.

Locus hic multorum ingenia vexavit, & veterum & recentiorum Interpretum. Difficultas eſt in voce *magnum*, pro qua Rutgerſius legit *Magicum*, Bentlejus *Magica:* qui totum locum ita reſtituit:

Venena magica fas nefaſque non valent,
Non vertere humanas vices.

& explicat: *veneficia non poſſunt naturam juſti atque injuſti vertere, nec poſſunt effugere pœnam, quæ claudo licet pede ſceleſtos tandem conſequitur*. Si meam huc conferre ſymbolam licet, non ego ſollicitaverim illud *magnum*, quod tanto conſenſu exhibent omnia exemplaria, & agnoſcunt Veteres Scholiaſtæ: non tamen cum illis in conſtructione junxerim illud cum *fas nefaſque*, ut venena dicantur *magnum fas nefaſque*, quemadmodum Acro, & in noſtro MSto inter lineas ſupra illa *magnum fas*, legitur ſc. *quæ ſunt*. Sed in hunc modum conſtruo verba: *Venena magnum* (valent) *fas nefaſque convertere, non valent* (convertere) *vicem humanam*. h. e. Veneficia licet multum poſſint, vertere fas & nefas, confundere licitum & illicitum; non tamen poſſunt convertere & mutare pœnas ſceleſtis ſtatutas. *magnum valent* eſt Græciſmus, μέγα τι δύναται. Sic

ma-

magnum, ut Gr. μέγα τι, eſt apud Propertium lib. IV. *Eleg.* 7.

Narrat Hypermneſtre MAGNUM auſas eſſe ſorores:
In ſcelus hoc animum non valuiſſe ſuum.

Vicem hic recte explicant *pœnas*. Serv. ad II. *Æneid.* 433. *Legimus etiam pœnas, vices dici:* additque alium Horatii locum ex l. I. *Carm. Viceſque ſuperbæ te maneant ipſum.*

Epod. XI. 2.

Scribere verſiculos amore percuſſum gravi.

Sic recte edidit noviſſimus Flacci Interpres pro vulgata *perculſum*. ita quoque clare habet membrana noſtra non tantum in ipſa Ode, ſed etiam in fronte libri, ubi agitur de metris Horatianis, quo loco hic verſus ita allegatur.

Epod. XIII. I.

Horrida tempeſtas cœlum contraxit, & imbres
Niveſque deducunt Jovem.

Pro *contraxit* MS. Cod. Bibliothecæ noſtræ publicæ habet clare, *conſtrinxit*. Cujus lectionis Interpretes quos inſpexi, non faciunt mentionem. Lectio non eſt ſpernenda, ſignificabit enim, *Tempeſtas cælum triſte, tetricum & ſeverum fecit:* metaphora à fronte humana, quæ cum triſtis eſt & ſeverà, Latine dicitur *conſtricta* & *adſtricta*. Petron. cap. 133.

Quid me ſpectatis conſtricta fronte Catones?

Mart. lib. XI. Epig. 39.

Et numeras nostros adstricta fronte trientes.

Simili tralatione in Euang. Matth. XVI. dicitur ὁ ὐρανὸς συγνάζων, *cælum triste*. In altera lectione communi est eadem metaphora. dicitur enim usitate *contrahere frontem*, *contrahere supercilia*, de homine *tristi* & *severo*.

Epod. XVII. 5.

Refixa cælo devoçare sidera.

Recensentur in Nova Horatii editione plures codices, qui habent *Defixa*. illis annumerandus etiam noster codex, in quo clare legitur *Defixa*. Præferri tamen à plerisque Interpretibus solet *Refixa*. Ejusdem Epod. vers. 65. habetur:

Optat quietem Pelopis infidi pater.

Hæc est prisca & vera lectio, *Pelopis infidi*, probata etiam Bentlejo. Testari possum, olim quoque in nostra membrana sic fuisse scriptum; sed à recentiore manu postea mutatum in *infidus*. sc. posterior ductus literæ *u* una cum litera *s*, est alterius & nigrioris atramenti, quam solet in isthoc MSto. Ibidem vers. 72.

Frustraque vincla gutturi nectes tuo,

hanc genuinam lectionem etiam agnoscit idem noster codex, non *innectes*, ut alii habent.

CAP.

CAP. X.

Expenditur locus Horatii in Carmine Sæculari.

In Carmine Sæculari verſ. 25.

Voſque veraces cecinisſe Parcæ,
Quod ſemel dictum eſt, ſtabiliſque rerum
Terminus ſervet, bona jam peractis
Jungite fata.

Quocunque te vertas, verba ſunt Cl. Bentleji, nullum exitum invenies, adeo magnis undique difficultatibus obſeſſa & circumvallata hæret ſententia: Principio enim illa, *dictum eſt*, & *ſervet*, in ſyntaxeos legem peccant, unde Aldus, & complures eum ſecuti, SERVAT ediderunt, tam manifeſto vitio ire obviam conati. Deinde addit, meliores codices habere *ſervet*. Et profecto Latini ſermonis rationem efflagitare, ut poſt *cecinisſe quod*, verba modi ſubjunctivi, non indicativi ſequantur: *Parcæ veraces cecinisſe, quod ſemel dictum ſit, ſtabiliſque rerum terminus ſervet:* Porro, ſententiam ait languere & vacillare, *Quod ſemel dictum eſt.* illud *ſemel* nullam vim & elegantiam habere: Denique nec illud placere, *ſtabilis rerum terminus ſervet.* Quidnam, inquit, ille *ſervet?* Nihil enim hic ſequitur, quod ſervandum eſſe intelligamus. Sic itaque emendat:

Voſque veraces cecinisſe Parcæ,
Quod ſemel dictum ſtabilis per ævum

Terminus servet, bona jam peractis
Jungite fata.

Ingeniosa quidem hæc est conjectura & emendatio; sed audacior forsan nonnullis videbitur, in qua primo ejicitur verbum *est*, quod omnes codices habent; secundo illa *que rerum*, mutantur in *per ævum*. Licet hæc loquutio *per ævum*, familiaris sit poëtis, & hic sensum aliquem bonum habeat; non tamen consequitur, ita hic scripsisse Horatium, ubi quotquot sunt MSti, exhibent *stabilisque rerum*. Noster MStus etiam clare - - *dictum est*, *stabilisque rerum Terminus servet*, habet. Equidem nihil in his verbis mutaverim, nec video, tantis ea obsessa esse difficultatibus, dummodo vera eorum structura percipiatur, quæ hæc videtur esse: *Vosque Parcæ veraces, jungite jam peractis fata bona, quod* (i.e. id quod) *dictum est vos semel cecinisse*, *stabilisque* (i. e. & quod stabilis) *rerum terminus* (oro) *servet*, hoc sensu: O Parcæ, stabilia faciatis ea decreta & promissa, quæ Æneæ Italiam petenti de permansuro Romanorum imperio vos semel dedisse dictum est. sic fere veteres Commentatores: sic etiam ponitur ordo in nostra membrana. & hanc sententiam ut veriorem amplectitur quoque doctissimus Torrentius. In hac structura *quod* est casus quarti, & refertur ad τὸ *cecinisse*. præterea idem *quod* repetendum in *stabilisque*, q. d. *quodque stabilis* &c. atque ita

ta ſequitur aliquid, quod ſervandum intelligamus. quod ſc. *ceciniſtis*, vel *ceciniſſe vos dictum eſt*, *hoc* opto *ut ſtabilis rerum terminus ſervet*, i. e. ut ſtabile fiat. *Rerum terminus* hic non eſt idem ac rerum finis & extremitas. Loquitur hic Poëta de termino rerum à Parcis fixo, eumque *ſtabilem* vocat, intelligitque fixa ſtatuta fatorum, ut Serv. ad hunc Virgilii locum *Ecloga* IV. verſ. 46.

Talia ſæcla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

nam, inquit, *& quod una dixerit, duæ ſequuntur, & fixa ſunt ſtatuta fatorum. Horatius: Quod ſemel dictum ſtabiliſque rerum terminus ſervet*. Inferius in hoc carmine verſ. 49. ſequitur:

Quæque vos bobus veneratur albis
Clarus Anchiſæ Veneriſque ſanguis,
Impetret.

Sic cum pluribus & melioribus codicibus habet etiam noſtra membrana, non *Quique --- Imperet*, ut in aliis perperam legitur.

CAP.

CAP. XI.

In lib. I. Sermonum Flacci quædam lectiones a doctis Interpretibus probatæ, firmantur auctoritate codicis MSti Franeq.

In lib. I. Sermonum, Ecloga I. verſ. 37.

- - - - - - - - & illis utitur ante
Quæſitis ſapiens.

Hanc Lambini lectionem, quam probavit etiam elegantiſſimus Bentlejus, præ ſe fert membrana noſtra. Procul omni dubio eſt genuina, & præferenda alteri lectioni, quæ *patiens* habet loco ꝫ *ſapiens*. Eadem *Ecloga* verſ. 94.

- - - - - ne facias quod
Ummidius, qui tam (non longa eſt fabula)
dives &c.

In hiſce recte edidit ex vetuſtis codd. Vir Cl. *ne facias* pro *nec facias*, ut eſt in multis editis. *ne facias*, etiam eſt in Noſtro. Quod ad nomen illius divitis avari, notarunt Interpretes, variè id ſcribi. in noſtro eſt *Umidius*. ceterum *qui tam* ex conjectura repoſuit nuperus Horatii editor, in membrana noſtra, & in omnibus, ni fallor, eſt *quidam*. Fateor paulo pleniorem eſſe orationem, ſi legas *qui tam*, poteſt tamen commode etiam vulgata retineri.

Eclog. II. verſ. 49.

-- -- at hic ſi
Qua res, qua ratio ſuaderet &c.

V. Cl.

V. Cl. in Nova Edit. præfert lectionem quæ est in optimo suo Græviano, *ut hic si*, tanquam veriorem & elegantiorem: firmari ea potest nostra membrana, quæ clare ita exhibet, ut & eandem in hac periodo distinctionem, quam fecit V. D.

Eclog. III. verf. 35.

-- -- -- Denique te ipsum
Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala.

Reprehendit hic Lambinus Acronem, quod *inseverit* positum esse putaverit pro *insita fuerit*, & *num qua* conjunxerit cum *natura*. Verum equidem pene crediderim legisse Acronem *insederit*, uti est in MSto nostro, ubi supra *num qua* scripta est explicatio, *utrum aliqua*, & supra *insederit*, *insita fuerit*. *Insidere* autem eleganter pro *inhærere* usurpatum poëtis & prosæ scriptoribus.

Eclog. IV. 3.

Si quis erat dignus describi, quod malus ac fur.

In aliis est *aut fur*; sed *ac fur*, uti edidit Bentlejus ex antiquis exemplaribus, est etiam in Nostro. Inferius in eadem Ecloga verf. 125.

- - An hoc inhonestum & inutile factu
Nec ne sit, addubites, flagret rumore malo cum
Hic atque ille?

Non vidi hic ullum Interpretem de alia lectione monere. inveni tamen in Nostra membrana lectionem singularem: sc. pro *flagret* legitur *fragret*: & supra illud verbum est explicatio *redolet*. Et certe *fragrare* etiam aliis poëtis pro *redolere* dicitur. Mart. l. 1. Epig. 88.

Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino.

Idem VI. 55. *Quod semper casiaque cinnamoque*
Et nido niger alitis superbæ
Fragras plumbea Nicerotiana.

Jam metaphorice *fama* & *rumor* comparatur *odori*: bona *fama* odori *grato*; mala *ingrato*. quia fama hominis diffunditur & dispergitur, instar odoris. *Nomen tuum instar unguenti diffunditur*, est in Cantico Salomonis. sic vulgo nomen alicujus dicitur vel *boni odoris*, vel *mali*. Atque ita *fragrare* quis *rumore malo* commode dici potest, qui *male audit*. Judicent doctiores, quid de hac nova Horatii lectione sit statuendum.

Eclog. VI. 87.

- - - - - - ob hoc nunc
Laus illi debetur.

Monuit in Nov. Edit. Horatii vir doctus, priscos codices uno fere consensu habere *ad hoc*, vel *ad hæc*, uti edidit ille. Noster habet *ad hoc*.

Eclog. VII. 17. - - - - -

Cum Lycio Glauco: discedat pigrior, ultro

Mu-

Muneribus miſſis.

Quod Lambinus ait, quoſdam codices pro *pigrior* habere *pulchrior*, hoc inveni etiam in noſtra membrana.

Eclog. IX. 50.

- - nil mî officit unquam.

In melioribus codicibus pro *unquam* eſſe *inquam*, ait Bentlejus, uti ille edidit. ſic etiam in noſtro codice, & ſupra ſcriptum interpretamentum, *dixi ego Horatius*.

Eclog. X. 5.

- - - - - - - - - - namſic
Et Laberi mimos, ut pulcra poëmata, mirer.

Membrana noſtra hæc exhibet interrogandi modo, & pro *nam*, *num*.

- - - - - - - - - - num ſic
Et Laberi mimos, ut pulcra poëmata, mirer?

Ibidem verſ. 68.

Si foret hoc noſtrum fato dilatus in ævum.

pro *dilatus* in Scripto Noſtro eſt *dilapſus*. Monuit Lambinus, in uno ſuorum quoque ſic eſſe. Paullo poſt verſ. 75.

- - - - neque, te ut miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus. an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?

Pro *Vilibus in ludis* in eodem noſtro eſt, *Milibus in ludis*, pro *millibus*, ut paſſim in eo codice, hoc ſenſu: *An malis carmina tua dictari millibus hominum in ludis. Millibus* oppoſite ad *paucis*.

CAP. XII.

In secundo Flacci Sermonum libro nonnulla illustrantur.

Lib. II. Sermon. Eclog. I. vers. 81.

Incutiat tibi quid sanctarum inscitia legum.

In hoc versu in nostra membrana singularis etiam est lectio sc. *sanctarum inscitia rerum* pro *legum.*

Eclog. III. vers. I.

Sic raro scribis, ut toto non quater anno
Membranam poscas.

Optime in editione Cantabrig. legitur, *Si raro scribes:* & in Notis dicitur, sex codices ita habere: addo ego auctoritatem Nostri, qui pariter ita habet: Et in interpretatione quæ est in ora libri eadem agnoscitur lectio.

Ejusdem Eclogæ vers. 21.

Quo vafer ille pedes lavisset Sisyphus ære;

In nostro Cod. clare visitur *faber*, quæ lectio pariter in explicatione agnoscitur. Sed orta est haud dubie ex pronunciatione, & affinitate literarum *f. v.* & *b.*

Vers. 72. sequitur:

Cum rapies in jus malis ridentem alienis.

Ita in Cantabrigiensi editione legitur: & miror Torrentium tueri lectionem alteram, quæ habet *jura.* nusquam enim quod sciam legitur *rapere aliquem in jura*; sed semper *in jus.* adtulit quidem Torrentius loca quædam, in quibus occurrit

currit plurale *jura*, ut, *jura neget sibi nata:* & *jura dabunt: ad jura vocantem.* ſed nullum extat exemplum, quo dicitur *rapere* vel *ducere aliquem in jura.* Ambabus igitur ulnis amplectenda eſt lectio altera, quam probarunt Turnebus, Canterus, Lambinus. Nititur Torrentius auctoritate codicum, affirmatque, quotquot viderit codices eam lectionem, *cum rapies in jura*, firmare. At in noſtro Codice ſcripto clare legitur, *cum rapies in jus* &c. & ſupra vocem *malis* ſcripta interpretatio, *genis*. Ceterum vide de hoc loco præter alios Canterum *Nov. Lect.* II.

Ejuſdem Eclogæ verſ. 93.

- - - - ut, ſi
Forte minus locuples uno quadrante periret.

Pro *periret* habet membrana noſtra *periſſet*, quod etiam V. Cl. in ſuis antiquiſſimis reperiſſe teſtatur.

Verſ. 96. *Virtus, fama, decus, divina humanaque, pulchris*
Divitiis parent; quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, juſtus.

Pro *conſtruxerit* noſter cod. cum aliis quibuſdam antiquis habet *contraxerit*. Præfert tamen nuperrimus Horatii Editor *conſtruxerit* ut verius & elegantius.

Eadem Eclog. verſ. 295. *Quone malo mentem concuſſa.*

Pro *concussa* Noster habet *percussa.* vide de verbo *percutere* Bentl. ad Epod. XI.

vers. 322. *Quæ si quis sanus fecit, sanus facis & tu:*

Noster MStus habet:

Quæ si quis sanus facit, & sanus facies tu.

Quam lectionem Lambinus in sex MStis reperiri ait. Miror in nova editione hujus mentionem non fieri lectionis.

Eclog. IV. vers. 79.

- - - - - seu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurrit:

In nostra membrana *furta* eadem manu emendatum est in *frusta.* intellige frusta carnium & piscium. & ita habere libros aliquot veteres testatur V. D. quos ille maluit sequi. Eadem nostra membrana vers. 84. pro *inlota* habet *inluta.*

Eclog. V. 61.

Quid tamen ista velit sibi fabula, si licet, ede.

Noster codex pro *si licet* habet clare, *scilicet.* de qua lectione alios meminisse non video.

Eclog. VI. 10.

O si urnam argenti fors quæ mihi monstret! ut illi.

sic in Nova edit. *fors quæ.* ita etiam noster MSt. perperam alii legunt *qua.* Ceterum ejusdem Eclogæ vers. 64. est;

Uncta

Uncta satis pingui ponentur oluscula lardo.
Non placet Novæ Editionis Auctori, *satis pingui*, quod ignavum & versui duntaxat sustentando natum ipsi videtur. quare pro *satis* legit *focis*. Sed me, ut fateor, non offendit illud *satis*. si non velis jungere cum *lardo*, junge cum *uncta*. *Poni* autem hic est *apponi* in mensa, ut *Eclog*. VIII. hujus libri: *vidimus & merulas poni*. l. I. *Ecl*. II. *positum sic tangere nolit*.

Ejusdem Eclogæ vers. 78. - - - *Si quis nam laudat Arelli*. sic ut in multis antiquis esse ajunt Interpretes, etiam habet nostra membrana; non, *nam si quis*, ut habent alii. & vers. 83. - - *neque ille*, Lambinus aliique eum secuti habent, *neque illi*. Sed priorem lectionem habet codex noster, & testatur vir doctissimus, duodecim, quos propriis versare manibus licuit, codices, eandem exhibere.

Eclog. VII. 13.

Jam mœchus Romæ, jam mallet doctus Athenis
Vivere.

Sic editum novissime. At ego prætulerim alteram lectionem, quæ est in quibusdam codicibus, sc. *doctor*, quæ placuit etiam Lambino. sic passim de *doctoribus Græcis* legimus. Persius *Sat*. VI. 37.

- - - *& Bestius urget*
Doctores Grajos.

ut dicat Horatius, hunc Priscum modo Romæ mœ-

mœchari, modo Athenis docere: videtur enim Rhetorices præceptor fuisse. In codice nostro MSto clare quoque legitur *doctor*, & supra scriptum: *dicitur enim iste Priscus fuisse orator*. In eadem Ecloga infra vers. 102.

Nil ego, si ducor libo fumante.

Pro *ducor* Nostra membrana habet *ductor*. non video, aliquem ex Interpretibus hujus lectionis meminisse. utrumque recte dicitur.

Eclog. VIII. vers. 10.

His ubi sublatis, puer alte cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit.

Pro *ubi* in priore versu noster MStus habet *ut*, & inter lineas legitur *postquam*. Sed hoc leviculum est. Inferius in hac Ecloga sequitur vers. 24.

- - - - *Porcius infra,*
Ridiculus totas simul absorbere placentas.

Esse hic codices inquit vir Cl. in editione Cantabrig. qui *semel* habeant, non *simul*, ut Zulichemianum & Leidensem, at Franekeranum *semul*, prisca scribendi ratione. Sed quod de Franekerano ait, male descriptum esse testari possum: nam clare exhibet *semel*, supra autem scripta hæc verba: *qui summovebat simul totas placentas devorando*. Mihi cum viro modo laudato magis arridet *semel*, non tantum, quia Latini passim ita usurpant *semel*, ut pluribus exemplis ad hunc locum probavit Idem; sed etiam, quia Græci, quos imitari solet Horatius, ita usurpant voculam ἅπαξ.

Eadem

Eadem Eclog. verſ. 51.

Erucas viridis, inulas ego primus amaras
Monſtravi incoquere; inlotos Curtillus echinos,
Ut melius muria, quam teſta marina remittit.

Poſteriores duo verſus ſic leguntur in noſtra membrana:

Monſtravi inquoquere: inlutos Curitillus echinos,
Ut melius muria quod teſta marina remittat.

Inquoquere ſc. antiqua ſcribendi ratione. Scribebant enim *quoquus* pro *coquus*: & *inlutos* pro *inlotos* vel *illotos*, ut ſupra *Ecl.* IV. verſ. 84. pro *inlota* habet *inluta*. Ceterum pro *quam* in verſu ſeq. habet *quod*, & pro *remittit*, *remittat*.

Ejuſd. Eclog. verſ. 89.

Et leporum avulſos, ut multo ſuavius, armos.

Codex noſter legit:

Et leporis vulſos, ut multo ſuavius, armos.

dein verſ. 90.

Quam ſi cum lumbis quis edit. tum pectore aduſto
Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbis.

In verſu priore membrana noſtra pro *tum* habet *cum*.

CAP. XIII.

In Epistolis Horatii Lectiones quædam expenduntur.

Lib. 1. Epistolarum 1. verſ. 16.

Nunc agilis fio, & merſor civilibus undis.

Lambini codicibus, qui recte habent *merſor*, non *verſor*, adde noſtrum, qui pariter ita. Mox verſ. 19.

Et mihi res, non me rebus, ſubjungere conor.

ita etiam cum optimis habet idem Noſter, ubi alii, *ſubjicere*. Inferius verſ. 55.

-- -- -- hæc Janus ſummus ab imo
Prodocet.

Prodocet, non *Perdocet* recte ediderunt accuratiſſimi Interpretes ex optimis & vetuſtiſſimis codicibus manu exaratis, quibuſcum conſentit iterum Franekeranus noſter.

Sequitur verſ. 94.

Si curatus inæquali tonſore capillos
Occurri.

Merito improbavit nuperus Horatii editor vulgatam lectionem *curtatus*, edidítque *curatus*. Sic etiam habet membrana noſtra. dein pro *Occurri* legit idem *Occurro*, uti in duobus Codd. ſe inveniſſe ait. Verum in Noſtr. Franequer. clare extat *Occurrit*.

Epiſt. 11. verſ. 61.

Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.

MStus noſter: *Dum pœnas odio dum vim feſtinat inulto.* de

de qua lectione tacent etiam omnes quos vidi Interpretes.

Ep. IV. verſ. 8.

Quid voveat dulci nutricula majus alumno?
Qui ſapere, & fari poſſit quæ ſentiat; & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et domus & victus, non deficiente crumena?

Vulgo ſic editur:

Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
Quam ſapere & fari ut poſſit quæ ſentiat, & cui &c.

„ At illud *ut*, inquit Celeb. Bentlejus, neque „ in priſcis edd. neque in ullo noſtrorum codd. „ invenitur. *Quam* autem cum ſequentibus *Et* „ *cui*, nullo pacto coaptari poteſt; aut enim „ *cui* tum redundabit, aut in *ei* mutandum fue- „ rit. unde recte Lambinus, dum ſcripturæ illi „ *Quam* adhæreret, pro *& cui* ex conjectura „ repoſuit *utque*, non procedente, niſi hoc „ fiat, conſtructione. Atqui illud *Et cui* in o- „ mnibus ubique codd. viſitur &c. Verum quod ait vir doct., illud *ut* neque in priſcis edd. neque in ullo codd. ſuorum inveniri, teſtari poſſum, in Franekerano noſtro codice eſſe *ut*, non quidem poſt *fari*, ſed poſt *Quam*, & non in ipſo verſu, ſed in margine cum nota omiſſionis inter *Quam* & *ſapere*. Idem Codex noſter in fine verſus non habet *& cui*, ut in omnibus ubique codd. viſi ait vir modo laudatus, ſed

clare, *ut cui*. Præfero tamen lectionem quam ſequutus eſt in nupera editione Auctor, utpote quæ facilior eſt.

Epiſt. x. verſ. 18.

Eſt ubi divellat ſomnos minus invida cura? Sic habet lectio vulgata. Lambinus ediderat *depellat*: quod in x. codd. ſe reperiſſe ait, hoc etiam in noſtro inveni. quare ob magnum illum conſenſum codicum præferrem. Mox verſu 25. de Natura dicitur:

Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix. Pro *faſtidia* alii codices habent *veſtigia*; alii, in quibus Franekeranus noſter, *faſtigia*. Prætulerim ego cum Cruquio *veſtigia*.

Ep. XI. 22.

Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata ſume manu; neu dulcia differ in annum:
Ut, quocunque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas.

Codex noſter ſcriptus habet:

Tu, quocunque loco fueris, ut antea,
Tu, quamcunque Deus &c. eleganti anaphora.

Et ſic etiam Cruquii duo ſcripti codices habebant. Hanc ego lectionem præferrem vulgatæ.

Epiſt. XVI. 30.

Cum pateris ſapiens emendatuſque vocari. Non quidem damno hanc lectionem; ſed tamen

men celare non possum, membranam nostram præferre: *Cum cupias.* de qua lectione non video aliquid monere Interpretes.

Epist. XVIII. 46.

Ætolis onerata plagis jumenta canesque;

Hunc locum Janum Vlitium ad Gratium sic emendasse monuit Bentlejus:

Æoliis onerata plagis &c.

Æolias autem *plagas* explicare eum Cumanas, ex Plinio & Gratio. Retinet hic vir eruditissimus cum membranis &c. *Ætolis.* ex quo colligere posse videmur, nullam eum vidisse membranam, quæ habet *Æoliis.* at tamen in nostra *Franequer.* clare extat:

Æoliis honerata plagis.

quam lectionem ut omnino probo, sic Vlitii ingenium laudo.

Ep. XIX. 10.

Hoc simul edixit; non cessavere poëtæ.

Locus hic propter pravam lectionem fatigavit multum Interpretes quærentes, quis ille sit qui hoc edixerit. Legit itaque elegantissimus Bentlejus *edixi*, & affirmat clare ita habere Reginensem, duos Bersmanni, Torrentii unum, & a manu secunda unum Lambini. Miror eum inter hos etiam non recensere Franequeranum, ex quo Lectiones habuit descriptas: is autem clare quoque præfert *edixi.*

Epist. 20. vers. 5.

- - - *fuge quo descendere gestis:*

Sic recte in nova editione: nam *discedere*, quod est in aliis, non genuinum hic est. *descendere* est etiam in nostra membrana. Vers. 15. ejusdem epistolæ:

Qui male parentem in rupis protrusit asellum.

Torrentius edidit, *detrusit*. sed recte Bentlejus *protrusit*, secutus Lambinum, qui auctoritate codicum suorum ita ediderat. Illis Lambini codd. addatur noster, qui pariter ita exhibet.

Lib. II. Epist. I. vers. 129.

Asperitatis & invidiæ corrector & iræ.

In nostra membrana est *correptor*: & explicatur *monitor*. *Correptor peccantium* est apud Senecam de *Ira*. Inferius in eadem epist. vers. 167.

Sed turpem putat in scriptis metuitque lituram.

Quod in veterrimis suis Vossiano, Leid. Regin. invenit Vir. Cl., hoc ipsum in nostro inveni clare, *inscite* pro *in scriptis*. nec video necesse esse emendari in *inscitus*, ut vult vir d. Dein vers. 186.

Aut ursum aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

Mirum, in nupera editione hic non memorari aliam lectionem: noster enim Codex scriptus habet *plaudet*, quod Lambinus etiam in quibusdam antiquis reperisse se docet. Forsan *plaudit* scriptum inquit Lambinus. At servem ego *plaudet*, & explicem, *plaudere solet*. Sic enim passim

ſim & apud Græcos & apud Latinos futurum ponitur. In *Arte Poët.* verſ. 33.

Exprimet & mollis imitabitur ære capillos.

Ep. II. verſ. 22.

Jurgares ad te quod epiſtola nulla veniret.

Pro *veniret*, noſter Cod. *rediret*. Dein verſ. 77.

- - - - - - *& fugit urbis.*

Idem habet *urbem.*

Ibid. verſ. 81.

Ingenium ſibi quod vacuas deſumſit Athenas,
Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenuitque
Libris & curis, ſtatua taciturnius exit.

In noſtro pro *Et ſtudiis* extat *Ut ſtudiis.* Signantius, ut puto. Ingenium, quod ſtudiorum gratia elegit Urbem Athenarum, *ut.* i. e. poſtquam ſeptennium ibi ſtudiis impendit, tamen plerumque taciturnius ſtatua exit. Eadem *Epiſt.* verſ. 154.

Plenior es, tamen uteris monitoribus iſdem.

Pro *monitoribus* in noſtro cod. eſt *rationibus*, quod Lambinus etiam in ſuis quibuſdam invenit. Verſ. 171.

Limitibus vicina refigit jurgia.

Refigit, quod Lambinus in quibuſdam invenit, pro *refugit*, & prætulit Bentlejus, habet etiam noſter cod.

Verſ. 173. - - - *nunc ſorte ſuprema.*

Recte in nova editione legitur, - - *morte ſuprema*, ex vett., eſt etiam in noſtro.

Verſ.

Verſ. 205. - - - *cetera jam ſimul iſto*
Cum vitio fugere? caret tibi pectus inani
Ambitione?

Noſter cum Torrentii vetuſtiſſ.

Cum vitio fuge: rite caret &c.

CAP. XIV.

Duo Horatii loca in Arte Poëtica ad examen revocantur.

In principio Artis Poëticæ legitur:

Humano capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit, & varias inducere plumas
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne;
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?

Neſcio ſane, cur ita vocem *plumam* aſpernetur apud Horatium eruditiſſimus Anglus, ut bis eam mutatam voluerit in aliam, uti lib. IV. *Carm. Od.* 10.

Inſperata tuæ cum veniet pluma ſuperbiæ.

ubi pro *pluma* legendum cenſet *bruma*; heic vero pro *plumas* legit *formas*: quia *inducere plumas membris* ex ejus ſententia erit perinde ac ipſum caput, cervicem, caudam, & cetera membra undique collata plumis obducere & tegere. Jam vero, inquit, illud omnia portenta, & omnium ægrorum ſomnia longe exſuperet, ſi *mulieris* facies, ſi *equi* cervix, ſi cauda *piſtricis* plumis veſtiantur. Hactenus ille. Sed quid opus mutare lectionem antiquam & conſtan-

stantem, quæ commodum etiam præbet sensum, dummodo recte explicetur; quum nova lectio etiam aliquo modo incommoda videtur: nam primo, *formam aliam inducere membris* est transformare membra, & in aliam formam mutare, ut apud Ovid. VII. *Metamorph.*

- - - *humanam membris inducere formam*

est, mutare in corpus humanum. ita hic *varias inducere formas membris* erit, membra diversimode transformare; quod hic locum non habet in pictore, qui imaginem ab initio pingit novam, incipiens à capite, capiti addens cervicem, cervici reliqua membra. per *membra* enim hic non intellexerim & caput & cervicem & omnes alias partes corporis, ut vult doctissimus Criticus; sed membra reliqua præter caput & cervicem, brachia sc., pectus, ventrem &c. distinguit enim Poëta membra à capite & cervice, ut sæpe & proprie & improprie à *capite* distinguuntur reliqua *membra.* Cicero alibi: *Nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere.* Sunt autem *membra undique collata*, membra ex diversis animalibus collecta & conjuncta. Quid jam erit *varias inducere formas membris undique collatis*, nisi, varie mutare membra ex diversis animalibus collecta? quæ non est mens Poëtæ, sed hæc: Si Pictor talem pingat imaginem, quæ caput habeat hominis vel mulieris formosæ, cervicem equi, reliqua mem-

K bra

bra ex diversis animalibus, quibus membris etiam imponat pennas & alas avium, inferior autem pars sit cauda marinæ belluæ, sive pristis. Non enim explicandum *varias inducere plumas membris*, caput, cervicem & caudam, & cetera membra plumis obducere & tegere; sed reliquis membris præter caput, cervicem & caudam, varias plumas & pennas avium imponere. Quod autem dicit idem vir doctus, alarum esse *pennas*; *plumis* autem reliquas partes corporis velari: fateor proprie hanc esse differentiam inter *plumas* & *pennas*; sed, nisi vehementer fallor, latius etiam accipiuntur *plumæ* apud Poëtas præsertim, ut sc. etiam *pennas* & *alas* designent. Propertius lib. I. Eleg. XX. 27.

Oscula suspensis instabant carpere plumis.

ubi elegantissimus Broukhusius *suspensis plumis* explicat *alis in aëre libratis*. Horat. lib. II. *Carm. Od.* 20.

- - - nascunturque levis
Per digitos humerosque plumæ.
Jam Dædaleo ocior Icaro.

ubi putem non tantum plumas, sed etiam *pennas* intelligendas esse. Glossæ veteres: Πτερὸν, *pinna*, *pluma*, *ala*.

Inferius vers. 120.

Scriptor, honoratum si forte reponis Achillem.

Ita in omnibus & editis & scriptis legitur, præterquam in nova editione Bentl. ubi repositum:

Scriptor, Homereum si forte reponis Achillem.

Fa-

Fateor, sæpe legi *Achillem Homericum*, apud Ciceronem, Senecam & alios; sed inde non sequitur, Flaccum hic etiam scripsisse *Homereum* vel *Homeriacum* Achillem, ut vult vir doctus, præsertim ubi nulla usquam ejus scripturæ sunt vestigia: nec ex verbis veterum Scholiastarum elici potest, eos legisse *Homereum:* nam eorum explicatio spectat tantum vim verbi *reponere:* sc. *reponere* Achillem explicant, scribere Achillem, de quo semel Homerus scripsit; vel ad imitationem Homeri describere. Nec ullam video rationem recedendi à lectione vulgata, quoniam Achilles non male hoc epitheto insignitur, *honoratus:* est enim epithetum viri illustris & clari, qualis fuit Achilles, qui ab Homero κλυτὸς, ἀγαυὸς, φαίδιμος & similibus epithetis insignitur, à poëtis Latinis *magnus* & *clarus* vocatur. Flaccus *Carm.* II. *Od* 16.

Abstulit clarum cita mors Achillem.

Statius lib. I. *Achill.*

- - - *Magnusque tibi præludit Achilles.*

Idem lib. III. *Si magnum Danais per te portendis Achillem.*

eodem lib. *namque ut virgineo stetit in grege clarus Achilles.*

ita hic ab Horatio *honoratus* appellatur. in membrana nostra supra v. *honoratum* explicatio cernitur *illustrem. honoratus* autem vocabulum frequentatum optimis quibusque scriptoribus. Livius lib. III. cap. 67. *mori atque exulare nobilis-*

bilissimos viros honoratissimosque passi sumus. Pedo Albinovan. in funere Drusi Neronis:

Inter honoratos excipietur avos.

Propert. lib. IV. *Eleg.* XI. in fine:

Cujus honoratis ossa vehantur avis.

CAP. XV.

Origines vocum quarundam Latinarum in Vossii Etymologico expenduntur.

ABACUS. Hanc vocem Latinam esse à Græca ἄβαξ, ἄβακος, certissimum est. Sed unde Græca ἄβαξ? Duo ejus producuntur etyma in Vossii Etymologico, vel ab α privat. & βάσις, quasi μὴ ἔχων βάσιν, ut sit proprie mensa de pariete suspensa, quæ basin non habet: vel ab אבך/ pro quo usitatum est התאבך/ *extolli, elevari:* ut sit res aliqua elevata, ad reponendum quid in ea. Mihi vero videtur esse ab alia Hebræa voce, sc. ab אבק/ *pulvis:* ut sit proprie mensa pulvere conspersa, qualis in gymnasiis præsto semper erat, in qua illi qui Geometriæ operam impendebant, lineas ac figuras virgula ducebant, quas commode mutare aut delere poterant. quo referenda sunt verba Comici in *Nub.* Act. I. Sc. 2. p. 133.

Κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν
Κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβὼν,
Ἐκ τῆς παλαίστρας θοιμάτιον ὑφείλετο.

Mensam conspersit tenui cinere;

Et

Et veru incurvato, mox accepit circinum,
Atque e palæstra sustulit pallium.

Hinc mox sequitur:

τί δῆτ᾽ ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;

Quid ergo Thalem illum miramur amplius?

Thalem sc. vocat Socratem, quia Socrates ut Geometriam docturus, cinerem in mensa sparserat & circinum sumserat. Thales autem Geometriæ peritus erat. vid. Laërt. in Ejus vita. hinc Ciceroni *pulvis eruditus* dicitur pro mathematica disciplina lib. II. de Nat. Deorum.

ÆSTIMO. Deducitur in eodem Etymologico vel ab *æs æris* (primo enim ænea pecunia usi fuerunt Romani:) & τιμᾶν: vel à Græco solo ἐντιμᾶν aut ἐκτιμᾶν, quorum utrumque *æstimo* notat. Quod ad prius attinet, minus illud placet, ut verum fatear, quia altera pars vocis esset Græca, altera Latina, id quod insolens & inusitatum. Nec posterius plane probare queo, quia non percipio, quo modo ex præpositione ἐν vel ἐκ factum fuerit *æs*. Meo judicio verba *æstimo* & *existimo* sunt ab ἵστημι, ἵσταμαι, *pendo*, *pondero*. quam vocis significationem alibi pluribus exemplis probavi, & Lexica insuper docent: ut prima verbi notio fuerit, aliquid in *lance* & *libra ponderare*, unde postea ad animum translata, eodem modo quo Latina *pendere*, *perpendere*, *statuere* & similia. Jam *i* in *æ* facile permutatur, sic *Præneste* di-

citur ἀπὸ τ πρίνων, ab *ilicibus*. contra æ mutatur in i. ut a *cædo* est *occido*.

AGNUS dicitur ibidem quasi agnatus. Varro IV. de L. L. *Pecori ovillo, quod agnatus, agnus.* Festus duas alias adducit etymologias. Prior est, ut sit ab ἁγνὸς *castus*, eo quod sit hostia pura & innocens: altera, ab ἀμνός. ita enim vocant Græci. Addamus & quartam, inquit ὁ πάνυ Vossius, ut sit à genitivo ἀρνὸς, facto per syncopen ex ἀρένος, & ἀρὴν, quod idem ac ἀμνός. quippe Latini ab obliquis Græcorum rectos suos plurimum formant. Ut meam de hujus vocis origine dicam sententiam, videtur mihi utrumque & Græcum ἀμνὸς & Latinum *agnus* esse ex participio Græco ἀγόμενος, quia *ducitur* agnus. Scilicet per duplicem syncopen ex ἀγόμενος fit primo Gr. ἀμνὸς, ut à περπόμενος, περπνός. secundo per aliam syncopen ex eodem participio est Latinum *agnus*. in Græca voce servatum est μ ex ἀγόμενος. in Latina servatum γ.

AJO. Suspicatur Vossius esse à φάω, unde φημι. Nec minus, addit idem, placet Martinii originatio, ut sit ab היה id est, *fuit*, *est*, *erit*. quæ simplicissima ratio est affirmandi. At durius, pergit, qui arcessunt ab Hebræo Dei יה. nec enim in omni assertione Deus testis advocatur. nec magis ab ἄω, id est, *spiro*, cum etiam spiremus tacentes. Miror viros doctos non cogitavisse de Græco verbo αὔω, *loquor*,

quor, *vocem edo.* hinc enim commode & simpliciter potest deduci *ajo*, mutato υ in i, ut a φύω est *fio.*

AQUA. Multas hujus vocis recenset Cl. Vossius etymologias, ex Festo, Varrone, Nunnesio, &c. quorum alii sic dictam putant, quasi *a qua juvamur.* alii ab ἀφύη, ut proprie notet *aquam pluvialem*, ab ἀπὸ & ὕειν, unde & ὕδωρ. alii ab *æquitate* h.e. planitie. vel à Dorico αἰκὸς, quod *æquum* ac *leve* notat. vel ab ἰχὼρ *humor tenuis.* vel ab obsoleta & vetere voce Gr. ἄχα, quomodo dictam fuisse *aquam* suspicatus est Scaliger. Fatetur Vossius ex cunctis his nullum etymon sibi satisfacere, verum autem putare se, vel *aquæ* vocem non habere originem in Latio aut Græcia: vel esse à *fusione*, quod Caninius quoque scripsit; quasi ἀ' χοά. Scaligeri etymologia mihi maxime placeret, si illud ἄχα alibi reperiretur. Jam vero potius à Gr. ἀὰ, deducerem, quod explicat Hesych. σύςημα ὕδατος. Ab ἀὰ, ἀκὰ, *aqua.* ut à σπέος, σπέκος, *specus.* vid. Gujetum ad locum Hesychii.

ALTER. „Prius (sunt verba Vossii) fuit „*alterus*, *ut vir virus*, *satur saturus.* Dici„tur vero *alterus*, non quidem ἁπλῶς, ab ἕ„τερος, quod Nunnesius in Grammatistice „tradit: sed vel quasi ἄλλος ἕτερος; quam o„riginationem legere est apud Festum, & ex „eo apud Scaligerum de causs. L. L. cap. LXXXIX.

vel

„vel quod Angelo Caninio visum, & magis „mihi verisimile sit, ab ἀλλότιῤῥος, quod Æo„licum pro ἀλλότεῤος. Æoles enim ρ transpo„nunt, ac geminant, ac ι mutant in ε. &c. Improbo prorsus cum Vossio etymon primum Nunnesii, qui ab ἕτερος deducit: quoniam ab ἕτερος vel potius χἄτερος commodius derivares *cæterum*, quam *alterum*. Nec crediderim verum esse secundum Festi & Scaligeri, sc. ab ἄλλος ἕτερος: ab una enim voce, non a duabus deducendum videtur. *ter* autem est terminatio vel cauda vocis, & non repetenda ab ἕτερος. Quod ad tertium Caninii attinet, & Vossio probatum, quod deducitur ab Æolico ἀλλότεῤῥος pro ἀλλότερος: huic etymologiæ obstat significatio: nam aliud est ἀλλότερος, *alienus*, aliud *alter*. Quare ego putaverim derivandum esse vocabulum *alter* ab ἀλλότερος comparativo vocis ἄλλος, eodem modo quo à δεξιὸς, δεξιότερος, δεξίτερος, *dexter*.

AMO & *Amor*. Diversa harum vocum traduntur etyma. vel ab ἅμμα, *vinculum*: vel ab ἵμερος, *amor*: vel ab ἅμα, *simul*: quod amor est appetitus unionis. vel a חמם *calefacere*, ut proprie sit *ardere amore*: vel a חמר / *desiderare*, *concupiscere*: vel ab אמר *loqui* &c. Omnes hæ origines longe petitæ sunt. Equidem, si huc meam conferrem symbolam, dicerem, *amo* per metathesin literarum esse a Græco μάω, *cupio*.

DIGNUS

DIGNUS quibuſdam dici videtur à *dignoſcendo*, quaſi *cognitus*: aliis à δεικνύειν, *oſtendere*, *demonſtrare*; quoniam ex iis quæ gerimus, quid mereamur, oſtendimus. Ita *dignus* dicetur quaſi *dicnus*, δεικνός. Alii à δεικνύω quidem eſſe ſtatuunt, ſed rationem hanc adferre malunt, quod qui *digni* re quapiam ſint, hi *digito* ab aliis demonſtrari ſoleant. ita *dignus* proprie erit δακτυλόδεικτος. Nec multum abeunt qui cenſent, ex eo eſſe, quia *digito* pretium rei venalis indicetur. Sed ſimpliciſſimum, ait Voſſius, videtur, *dignus*, ſive, ut veteres ſcripſere, *dicnus*, venire à δίκη, id eſt, *jus*; ut *dignus* ſit, cui tribui aliquid æquum eſt. Nec multum recedit Nunneſius, cui *dignus* ex δίκαιος. Hactenus Voſſius. Sane ut mihi videtur ex his etymis vero ſimillimum eſt, quo deducitur à δίκη vel δίκαιος. ſed tamen obſtat terminatio; nam contra analogiam eſt, ex η vel ex αιος formare terminationem *nus*. Cogitavi equidem an non commodius queat deduci ab Græco ἱκανός. unde primo θίκανος, nam ſpiritus aſper ſæpe tranſit in θ, ut ἅμα, θάμα: ἅλας, θάλασσα. dein θ in *d* mutato, quod ſæpe fit, & per ſyncopen ejecto α, fit *dicnus*, *dignus*. Jam ἱκανος Gr. idem eſſe quod ἄξιος patet vel ex N. T. ubi quod alter Euangeliſta habet οὐκ ἄξιός εἰμι, alter, dicit οὐχ ἱκανός εἰμι.

FRUSTUM derivari ſolet, à *frumine*, ut

 Iſidor.

Isidor. vel à *ferendo*, ut Perott. qui alibi etiam à *frango*: vel a *frio* ut Scalig. Quas omnes etymologias merito rejicit Vossius, qui puat venire à *fraudo*. nam qui *frustum* aufert, parte aliqua *fraudat* eum, cujus erat integrum. Mihi vero videtur *frustum* dici a Græco θραυστὸν, quod a θραύω *frango*. θ enim passim permutatur in *f*, ut θλάω, φλάω. θὴρ, φὴρ. θέρω, *ferveo*. θερμὸς, *formus*, i. e. *calidus*. θύρα, *foris* &c. sic à θραυστὸν, *fraustum*, *frustum*. αυ enim facile abit in *u*. sic *claudo*, *cludo* &c.

MONEO non est à μηνύω *indico*, nec à μνάω; sed potius à μένος, *mens*, mutato ε in ο. est enim in mente alicujus quasi pono quid faciendum sit; quod ipsum sonat Græcum νουθετέω.

TUEOR putavit Angelus Caninius esse à θεῶμαι, *specto*, θ in τ converso, quomodo à μίνθη est *menta*; à θυμοῦμαι, *tumeo* &c. Maluit Vossius a תור hoc est, *exploro*, *inquiro*. Mihi dubium non est, quin sit a Græco antiquo τύω. unde τύσκω, πιτύσκω, πιτύσκομαι, quod sæpe apud Homerum aliosque, & exponitur Grammaticis, εὐστοχεῖν, στοχάζεσθαι, *collimare ad scopum*, *fixis oculis intueri*. quod ipsum primitivum τύω. unde prisci Latini habuere suum *tuo*. Glossæ Lat. Gr. *Tuo*, ἀτενίζω. ab illo *tuo* est *tuor* & *tueor*.

VANUS. Mire nugantur in hujus vocis etymo

tymo investigando. Nonnulli enim volunt *vanus* dici quasi *valde anus*, hoc est, *instar anus mentis vacuus* & *insipiens*: alii à *vacuus*, quod a *vacando*: alii a *vado*, quia *vana vadunt*, nec eodem loco persistunt: vel a φανεῖν *apparere*: vel a κενός: vel à *ve* & *inanis*. Quæ omnia satis vana sunt. Mihi videtur esse deducendum à Græco χαίνω, *hio*, *hisco*, mutato χ in *v*. quod fit in aliis: sic a βραχὺς est *brevis*, à μαλάχη, *malva*. ut in prima sua significatione *vanus* sit *hians*, *diducto ore*, *hiscens*. metaphor. *stultus*. quomodo Aristophani stulti etiam dicuntur κεχηνότες.

VASTUS. Et hæc vox multum vexavit Grammaticos, qui originem ejus quæsiverunt. „Perotto, inquit Vossius, placet esse a *vaco*, „quia proprie dicitur de locis late patentibus, „quæ fere *vacua* esse solent. sed fortasse *vastum* „proprie convenit *vasis capacibus*, aut *loco* „*multorum vasorum capaci*. Quod si est, ut ab „*honos*, *honestus*, ab *onus*, *onustus*, ita a *vas* „erit *vastus*. Dein addit: Vide, an magis pla„ceat Martinii conjectura, deducentis è παυ„στὸς, quod a παύω *cessare facio*, vel *cesso*, „nempe qnia *in locis vastis cessat cultura* & „*conversatio humana*. vel potius dicendum, „esse ex ἀνάστατος, κατ' ἀφαίρεσιν ἢ συγκοπὴν, „& præmisso digamma, more Æolum. Omnia hæc etyma mihi videntur aliena. Persuasus sum, vocabulum *Vastus* originem suam de-

bere Græco verbo χάω, a cujus præt. paſſ. prima κέχασμαι eſt χάσμα, quod in Euang. Lucæ XVI. 26. Vetus interpres vertit *chaos*: Seneca in *Thyeſte* dixit *chaos inane*: Silius, *vaſtum inane*; a tertia vero κέχαςαι eſt χαςὸς, *vaſtus*. ubi pariter χ mutatur *v*, uti in præcedente voce. Hæc Speciminis loco ſufficiant.

F I N I S.

